

+  
P. latrec. 808

416 129 532 100 10



Collegij Societatis IESV Ingolstadij. an. 1593.

O  
III  
78

HISTORIA  
SALVATORIS  
NOSTRI IESV CHRI-  
STI: SECUNDVM EVANGE-  
LICAM VERITATEM HEROI-  
cis numeris explicata.

PER  
M. GEORGIVM NICOLA-  
SIVM LVDIRECTOREM MVND-  
reichingenium.



INGOLSTADII,  
Ex Officina Typographica WO LGANGI  
EDERI.  
ANNO reparatæ salutis clo. lo. LXXXX.

A.



REVERENDISSIMO  
ILLVSTRISSIMO QVE PRINCI-  
PI, ACD. D. ANDRÆE, S. R. E. TIT. S. MARIAE  
nouæ Diacono, Cardinali de Austria, Episcopo Constantiensi, Brixiani Epi-  
scopatus Coadiutori, Administratori Canobiorum Murbacensis,  
& Luderensis, ac citerioris Austriae Gubernatoris supremo &c.  
Domino suo clementissimo.

**M**OSES, antiquissimus ille Hebraeorum Antistes, ac principij huius orbis, mundanarumque rerum originis, dictante Spiritu sancto, verissimus relator, Reverendissime Illustrissimeq; Princeps, ab soluto hoc & perfecto totius Vniuersi pulcherri-  
mo & amplissimo theatro, vt in domum compaginatam & tan-  
quam in regiam quandam omni rerum varietate & abundantia  
admirandam habitatorem introduceret, eum cuius gratia machi-  
na illa mundanæ compaginis fabricata erat, Hominem videlicet,  
ad æterni opificis imaginem ex informilimo, spiritu rationali ani-  
mato figuratum, & lineamentis suis admirabili quodam artificio  
descriptum & compositum afferit, eumq; ex humo subleuatum,  
& coelestia corpora intuentem, ad contemplationem sui artificis  
erectum esse, & animam rationali Trinitatis imagine insignitam,  
diuinæ gloriae & æternæ beatitudinis capacem accepisse, verissime  
colligit. In cuius productione, si vlla alia in re, diuina omnipoten-  
tia nullis circumscripta terminis maximè elucessit: vbi & Arche-  
typi ipsius ab æterno existentis excellentia, contra delira veterum  
Ethnicorum placita, & nugas Vatum plus quam aniles, sensibus

## E P I S T O L A

palam quodammodo obijcitur. Quis enim rotundum illud ac pellucidum oculorum organum effingere, atq; tot tunicis membranarum tenuissimarum vestire, præter ingenitum aliquod Numen, ipsumque in essentia sua simplex, & naturas omnes transcendens poterat? Quis narium auriumque foramina, harmonicis numeris, odorumque fragrantiaz tam apta & conuenientia tornare? quis labiaoris distendere, & linguam illo quasi quodam dentium vallo sepire? Quis neruorum iuncturas, ossiumq; compages ligare tam solidas? quis per canales venarum cruentos & vitales ri uos sanguinis reciprocis meatibus hinc inde deducere? quis carnem pellicula tenui circumente consolidare? quis digitorum articulos, manuum digitos conuenienti portione partiri? quis fundamenta pedum extendere? quis sudori per angustias illas pororum exitum inuenire? quis splenem cogere? cordi pyramidis figurā imprimere? pulmoni sculpere fistulas? spirituum meatus aperire? stomachū quasi quibusdam penulis hepatis circumcingere, & dupli ostio recipiendi & egerendi cibi aspero & villoso interiori receptaculo figurare? & alia penè innumera diuinæ artis opera, quælibet suis partib' dimensa, & officijs distinctis donata moliri? Profectò struttura ipsa, exceptis propheticis vocibus constantissima sua mobilitate & partium omnium pulcherrimo habitu, facile quodammodo & factam se esse, & nisi à mente illa simplicissima ineffabili quodam ratione fieri potuisse proclamat. Quanquam igitur diuina bonitas in cæteris etiam creaturis clarissimis argumentis manifestò possit deprehendi, in nulla tamen evidentius, quam in hominis formatione suæ imaginis similitudine ei impressa, & vñita etiam humanitatis hypostasi se exerit. Stabant scilicet iam cœlum & terra naturali illa sui soliditate stabilita: erat firmamentum ipsum in octauum stellarum scintillantium errantiumq; orbes inferiores distinctum: aquæ in vastum Oceanum tanquam ad extremos terrarum margines collectæ, vt ipsæ odoriferis herbarum floribus, virenti graminum decore, syluarum venustate, fructiferarumque arborum varietate veluti picturæ & vestitæ aptius incolerentur: iam

## D E D I C A T O R I A

Jani Soli & Lunæ definiti cursus & prescripta officia sua, alter vt perdius, altera verò pernox continua revolutionibus rotati, dierū & noctium spacia metirentur, in ipsumq; gremium magnæ matris Telluris salubri influxu descenderent: iam piscibus flumina, volatilium generi aëra interualla in habitaculum destinata, cūcta denique suis locis discreta solūm deerat, qui Amphitheatum hoc longè augustissimum contemplaretur, maiestatemq; Creatoris agnosceret, Homo, quem mox tamē velut Dominum & hæredem omnium productorū in id fastigium dignitatis euexit, vt iustitiæ originalis dono gratuito & corpus animæ, & anima Deo debellatis affectibus plenissimè obediret, nec potentia inferior in rationem insurgeret, nec defecatum ignorantiae intellectus pateretur, nec depravata voluntas deteriora eligeret, vita libera esset, dolorum & anxietatis expers, contemptrix senij & mortis, immortalitatis verò & sempiterni æui in statu omnium bonorum aggregatione perfecto particeps. Verùm tantam Adæ fœlicitatem ferre non poterant maligni spiritus, qui ad altissimi thronum vana ambitione aspirantes, explosi protinus è summa cœlorum arce in tartareas flamas, & in huncaërem caliginosum præcipitati ceciderunt, eadem ruinam futuro fœlicitatis suæ hæredi sine mora, nō vano etiam conamine, prohibitæ arboris dulcedine decepto, palato obiecta, & in spem affequendæ diuinitatis erecto Protoplasto machinantes: vt iam non minùs de humano genere, quam de ipsis deceptricibus Furij actum fuisset, nisi alio remedio idem rerum omnium Conditor ( quanquam longo post æuo ) succurisset, tartarea potestate & regna umbrarum vnigeniti sui viribus demolitus. Videbat nimis effigiem illam diuinitatis tam miserabiliter destrui: videbat euacuata ciuibus suis Empyrei palatia: stragem publicam & exitium tam excellentis naturæ considerabat: contemplabatur communes æui miseras, & atrocissimam introducere mortis tyrannidem, & calamitatum mille formas, & infinitos ad interitum aditus, & ineuitabiles casus, & innumera reproborum spirituum præstigia, commotusq; sua ineffabili misericordia verum

P R I S T O L A

bum illud, quo coeli firmati sunt, è sinu suo nouissimis diebus in mundum misit, vt virginei corporis angustijs circumseptum, fragilitatis nostræ conditionem subiret; & assumeret figmenti similitudinem, omni dolorum generi expositum, omnium miseriarum capax, atterendum pro salute nostra atque concilandum miserimè. Hoc ergò neceſſe est, mirabile sit in oculis nostris, hoc insolitum, hoc stupendum opus: quippe quod magnitudinem & nouitatem omnium rerum, quæcumque à primo mundi exordio producta miramur, excedit, quod is qui Deus erat infinitus, incomprehensibilis, immortalis, ab immensa illa sua aeternaque magnitudine descendens, copulauit se ei, quod angustis quoque naturæ continetur terminis: quod illæsis pudicitia claustris virginem uterum egressus est: quod debellata morte per ima regna cataracta cum applanatu Patrum transiens, in caelo tropheum fixit. Quid calcata maria siccis plantis commemorem? quid excussas ab infectis lepræ infusa cadaveribus redeuntis animæ spiracula? reparata sensuum organa? curatos membrorum defecus? expulsa demonia? multiplicatos panes? & alia sexcenta referam? omnia scilicet incomparabilia sunt, omnia plus quam prophetica, omnia plus quam Angelica. O immensa igitur Deus bonitas! ô nullis vñquam sat celebrandæ laudibus! quid ingeniosa inuentione vobis applauditis Poëta stolidi? Quos loues, quas Mineruas, quem Demogorgona, quas Deorum centurias indicatis? quas Metamorphoses, que deliria, quæ insomnia singitis? Quid vobis cum Vénere & insana Amoris lasciuia? quousque; candidos mores calumniabimini? quousque mordaces lambos stringitis? quamdiu exhibebitis vana spectatoribus præludia? quamdiu Orohestra illa vestra ludieris tumultibus perfrepit? Materiam habetis & campum laudis amplissimum, in quo Musarum vestrarum chori relaxatis mentibus exultent suauiter, & expatientur: huc vires vestras effundite, hic insulate, hic ingeniosi fitis: aperti sunt fontes, non illa quidem Pegasus vngula, non in fastigio bieuerticis Parnasi, non intra Helconem, aut Aganippida rura, sed coelesti diuini spiritus afflatus, infallibili oraculo.

D E D I G A T O R I A

Oraculorum vaticinio approbata scripturarum Euangelicarum sententia, conspirantibus Apóstolorum testimonij, vnamimi omnium seculorum consensu: Nihil quidem laudabilius aut præstatius humano generi à Superis concessum, liberalibus & ingenuis disciplinis uno ore fatemur: sed re vera sic se res habet, vt nihil sit eruditio nocentius, si homini peruerso ac depravatae nature obtingat, cui non minus videlicet quam furioso armata manu insanendi materiam suppeditare exploratum habemus. Sicut enim vim salubre aliâs & ad restaurendas humani corporis animiq; vires ad modum efficax, si vasis ex taxo fabrificis infundatur, mortiferum est ac pestilens: ita salutaris alioqui eruditio, si ad hospitem prauum diuerterit, eiusdem se se moribus quodammodo afformat, & penitus obnoxiam reddit. Hinc tot discrepantium sectarum caterua, tot damnatissimorum dogmatum machinatores, tot opinionum quasi è diametro pugnantium mendaces architecti, & ingeniosi execrabilium errorum artifices. Quod vitium cum in omnibus disciplinis regnet, in Poësi maximè dominari solet: quæ quidem facultas longè pulcherrima & in omnium admiratione posita, non præceptis magis aut meditandi scribendiique continuo exercitio comparari, quam afflatu quodam coelesti naturali; habitidine, in hominum ingenia immitti solet, vnde illud.

*Ecc Deus in nobis agitante calescimus illo:*  
& iterum.

*Sedibus æthereis Spiritus ille venit:*

vt mirandum planè sit, reperiri nonnullos, imò plerosque, qui rem tam excellentem & honestam suis spurcijs & importuna obscenitate contaminare non vereantur, dum lascivis versibus insanæ libidinis furorem in animos legentium imprimit: in alias mendaces Satyras vibrant: fucatas aliorum laudes admirantur: aliorū dedecora ridiculis prosceniorum applausibus obiiciunt: dum furta Deorum ac lenocinia enarrant, Vatumq; ritu gentilium Theogenias illas numerosas, & infinitam penè mortalium Numinum seriem superstitione plus quam Ethnica persequuntur, cum in-

## E P I S T O L A .

terim à tot æstatibus vix pauci inueniantur , qui artis suę originem  
perpendentes, illam æterno Auctori velut fonti omnium honorū  
acceptam referant, diuinę Maieſtatis laudes celebrando, aut res fa-  
cias carminibus exornando, aut ad honestatem inflammando, aut  
viros denique laude dignos moderatis preconijs quasi ab obliuione  
vindicando: quod officij sui propriū esse, & in hunc usum tan-  
tum à D e o munus fēse accepisse Poëta Christianus meminerit.  
Sed abducit perennis ille humani generis hostis animos nostros  
quibuscunq; potest dolis ab admiratione & amore veri boni, spe-  
cieq; falsa perstringit oculos, atque ita obcoecat, vt quiduis potius  
videamus & amplectamur, quā quod videre & amplecti debemus.  
Et profectò execrabilis est error hīc, & detestanda tanta pietatis ne-  
gligentia, à qua omnes boni abhorrebunt, & cōtendent, vt vel piè  
ſcribant, vel ſcribendi cacoēthes pestilens ac lethiferum omnibus  
conatibus reformident. In D E I omnino Sanctorumque & R. E.  
Eulogium consumenda eſt omnis ſcriptorum industria, vt & pie-  
tas promoueatur, & ſacrorum mysteriorum ratio, à quibus creden-  
tium ſalutis maximè pendet, in animos concinna sermonis ſuauita-  
te citiùs influat & innotescat manifeſtiūs. Quę omnia cùm diutur-  
na meditatiōe apud animum mecum ipſe pertractare, ſentirem q;  
me propter angustias ingenij & virium imbecillitatem grauiori  
ponderi imparē, defectum tamen hanc qualēm cunq; ratione ali-  
qua ſuppleri poſſe conſiderabam: ſi diuina benignitate fretus cō-  
leſti fauore institutum mūnirem, quo aspirante nullos vñquā co-  
natus hominum, quantumuis arduos & difficultes, exitu ſuo deſtitu-  
tos video. Et occurrit illud tandē consilij, vt ad Euangelicę histo-  
rię ſeriem Heroicis numeris pro ingenij tenuitate explicandā acce-  
derem, vtcunq; res cecidiffet, vtiliūs tamen me horas collocaturū  
ſperans, ſi materię huic tam sancṭa pro virili tractādæ obnixiūs in-  
cumberē: nec defuturos puto, apud quos labor iſte gratiā & fau-  
rē demeritus sit. Iam verò Illustrissime & Reuerendissime Prin-  
ceps, quūm animaduerterem quāloco legis obſeruari preclarum  
monitum & laudatum morem, quo pleriq; id, quod literarum moni-

## D E D I C A T O R I A .

mentis diuulgant, principibus viris tanquam censorijs quibus ſdam  
Numinibus nuncupent, quoniā vel ſub tutela eorum à detracto-  
rum incurſu ſeſe muniāt, vel in uiolatā quandam elationib⁹  
ſuī apud omnes auctoritatē nancisci contendant, vel quia ipsa  
deniq; literarū dignitas hoc idem depoſcere videatur: eſt quod ex  
animo confidam, me hoc Reuerendissimæ & Illustrissimæ Celsitu-  
dini tuę de Euangelica veritate opuſculum ſuī ſumeris ligatum  
recta nimirū ratione dicare & consecrare poſſe; ſubeat interim li-  
cet cura nō exigua, ne ſi laboris auctorē reſpexeris haud vnde cunq;  
dedicationē approbes, quoniā excelsior ſis & habcaris, quām vt à  
me, qui minimus ſum & infimæ ſortis eiusmodi ſuſcipias: quē in  
id fastigium honorum D E V S ter Max: erexit, vt non Princeps ſolū  
ſis, (quod nomen longa natalium ſerie tibi partū eſt) ſed & Cardi-  
nalitis, id eſt, è paucis vnuſ, in quibus velut neceſſarijs cardinibus Ro-  
mana vertitur Ecclesia; immò nec Cardinalis ſolū, ſed & ampliſſi-  
mus totius Sueuiae Primas, qui non ſecūs atq; alter Papa omniū  
Sueuicarum Ecclesiarū Praelatus & Antiftes non tam hominum  
ſuffragijs, quām admirando quodam æternæ ſortis calcuло delect⁹  
nuper aſcitus & eueſtus eſ: vnde nec iniuſtē ne impudenter libellū  
hunc de Historia Euangelica Tuæ In clytiſſimæ Celsitudini conſe-  
crasse poſſum iudicari, ei videlicet, qui ob hoc ipsum vñctus eſt Epi-  
ſcopus, vt tanquam Pastor quidam Euangelicus ex largiſſimo Euā-  
gelicæ veritatis penu populum alas & ſuſtent. Quod ſanè munus  
longè pulcherrimū & sanctiſſimum vſq; adeò perficiſ, vt non mo-  
dò quo reſtē tradatur, & doceatur modis omnibus ſatagas, verum  
ipſe interim crebra lectione euoluaſ, tantumq; mirabili quadā vi-  
ta integritate praefas, vt inſigne quoddā Euangelicæ pietatis Ex-  
emplar, Propugnator veritatis, & Propagator nō immerito dici poſſis  
& haberi. De Illustrissimo quidem nataliū tuorum ſplendore quid  
attinet dicere, vnde tot Heroēs bellica virtute inſignes prodierūt,  
vt tot Regum, Imperatorum, Archiducum, Dućum, ac Principum  
affinitatem & neceſſitudinem totus orbis etiamnū ſuſpiciat & ad-  
miretur, cūm nequaquā inueniri poſſit proſapia tam generofa, que

EPISTOLA DEDICATORIA.

Austriacum stemma vel antiquitate transcendat, vel Maiorū celsitudine superēt, siquidēm ex illo quasi hæreditaria quadā successione Imperatores, Cæsares, Archiduces pénè infiniti prognati sint; quorum nomina & rerum gestarum gloriam nulla, vñquā reticebit posteritas. Atq; hinc fieri solet, vt tametsi hoc sit in more positum apud plerosq; vt ab Heroum, quibus monumenta sua consecent, laudibus exordiri, in eorumq; virtutibus explicandis iustum quandoq; volumen concludere consuerint; ego tamen magnitudine & multitudine earum ita obruar, vt silere omnino quā aut parcus nimiūm, aut concisus in easdem descendere, tutius iudicē. Nec est, quod metuerim, ne munusculū hoc meum quantumuis pusillum & exiguum sis aspernaturus, qui illum vsq; adeò referas, qui duo minutila pauperculæ viduæ splendidis & optimis diuitiis donarijs ( animum nimirum offerentis, non pretium oblati æstimans ) longè prætulerit. Ego sanè Clementissime Princeps, non aliud hīc æquè supplex orauerim; atq; vt declares quicquid huius est operis Amplissimæ Celsitudini tuæ non fuisse ingratum, vt sic tua Auctoritate & Patrocinio tutum in conspectum prodire & publicum possit mereri fauorem: quem totum in laudem & gloriam Dei Optimi Maximi redundare votis omnibus desidero, qui eiusdem tuæ Illustrissimæ Celsitudinis generosos iuxta & pios pro Catholicæ, Apostolicæ & R. Ecclesiæ, cui legitima potestate præces, propagatione conatus, in totius Reipublicæ Christianæ commodum semper in maius meliusque beatissimis incrementis prouchat?

R. m<sup>a</sup> atque Illust. m<sup>a</sup> Cels. ni Tuæ  
Deditissimus

M. Georgius Nicolaius.

De

  
DE EODEM ILLVSTRISS. CAR.  
DINALE ACROSTICHIS DIVINA-  
TORIA AVCTORIS.


A Vgoror, & certa id pafsim præagia signant:  
N ulla lues pothac Sueuica regna premet.  
D iuinum Ausonia Numen descendit ab Urbe:  
R ifit, & es̄ vius clarior ire dies.  
E xcepit lato ingressum Constantia vultu,  
A tque noui applausus maxima signa dedit.  
S icut agit tenebras Phaeton, cum manè reuerso  
C ardine ab Eoo flammæ a plaustra vehit.  
A pparetque dies, late cedentibus astris  
R ebus & inspectis non color vñus ines̄.  
D ispellet fumos scelerum, tenebrasque fugabit  
I nlytus Austriacus sic quoque Präful Avis.  
N ec feret Aeronio conterminus accola Ponto  
A rmorum strepitus, nec fera bella feret.  
L is aberit: procul ira etiam fraudesque migrabunt;  
I llinc & vani dogmatiſ ibit amor.  
S anctus Amor contrà, Pax & concordia stabunt,  
A ugustumque Fides exeret alma caput.  
B landa venena animi Hæreſeos versutia ponet,  
A ustriades Suevi dum caput orbis erit.  
V na domus Regum serie numeroſa Ducumque  
S cilicet Austriaca es̄: vnde Monarcha venit  
T errarumque caput Casar: quique Indica ſceptro  
R egnā tenet vīctor Gangeticasque domos.  
I llustresque alij Heroës, Latiaq; tyara  
A NDREAS atavus non minor ipſe fuit.



AVTHOR AD LIBRVM

S V V M.

**N** Modò, parue liber Boios accede penates,  
Qui sacrum ab ethereo Præpete nomē ha-  
stant ibi Palladia vulgata palatia sedis, (bent.  
Gymnasijq; suo principe digna domus.  
Dirige eò gressum atq; ultrō te patribus offer,  
Et fruere hospitio iudiciumq; subi.  
Fortè nec ingratus, nec vilis habebitis hospes,  
Inq; tua haud rigidus corpora Censor erit.  
Hinc ubi terfa satis facies, maculaq; remotæ:  
Constantina procul terra adeunda tibi est.  
Hic sedet AVSTRIACÆ gentis clarissimus Heros,  
Cui sacra præcessus nomina Cardo dedit.  
Accede & pylios, annos, auumq; precare:  
Perpetuò dignus viuere nempe PATER.



PRO-

M V I S M O N I



P R O O E M I V M.

I N H I S T O R I A M S A L-  
V A T O R I S N O S T R I I E-

S V C H R I S T I.

**N** Atus patre D E O rerum ante exordia  
vates  
Vt quondam imperijs, pangam, cœlesti-  
bus actus  
Venerit in terras, patrio digressus ab axe,  
Ilapsusq; puer Nasarea virginis alio,  
Compactum fragili, neruorum robore corpus  
Sumpserit, & pleno lactatus ab ubere matris  
(Vndecies donec Phœbus ter verteret orbes:)  
Post habitis diuina opibus mysteria pandens  
Imbuerit steriles, fœcundo semine, mentes:  
Vt q; salutiferis diros medicatibus ignes  
Presserit, & varias, membrorum incommoda, labes  
Nulla fultus ope, aut herbarum viribus: ut se  
Decurso annorum spatio tunc sponte furenti  
Obijciens plebi, Solymo mactatus ab hoste  
Multo barbaricos macularit sanguine postes,  
Tartaraq; ingressus, stygium vastator Auernum  
Ruperit

Ruperit, humanum vulscens genus, atq; profundo  
 Carcere demersos manes inuexerit astris.  
 O mihi si superis ductus de sedibus idem,  
 Versibus insinuet, cepto cui fiximus orsum,  
 Carmine, syderei se se regnator Olympi!  
 Certum erit, auxilijs vatem cœlestibus usum,  
 Omnia posse. Sed hem quis me Deus occupat, intus  
 Pectora agens! non ista alias mens numina sensit.  
 Oh a cœlestes stimulus? Et amabile numen!  
 Quò rapior? qua mira animo obseruatur imago?  
 Quæ fax tanta oculos circumfilit, aurea vibrans,  
 Fax oculos? Eia ipsa patent adaperta Deorum.  
 Atria sunt ipsa bac stellata palatia, hic orbis  
 Aureus, omnipatens, sublimis, lucidus, ingens.  
 Heu cecas hominum curas? mortalia strigis  
 Quid rerum importuna famæ, mundiq; cupido  
 Pectora fallacis? fumos nil prater et umbras.  
 Stulte breves sequeris, ventosaq; gaudia captas.  
 In terris cur usq; tenet tua lumina, pastus  
 Mendaci rerum specie? fucumq; decoris  
 Contemplatus amas? quando Sors omnia versat  
 Casibus innumeris per mille pericula volvens.  
 Nil mihi vobiscum est, humiles discedite cura:  
 Nec scia quid maius mens inchoat: orbe relicta

Ingre-

Ingredior maiore animo, super ardua vectus  
 Sydera: sublatum qua me hic fortuna beatis  
 Intulit hospitijs? suuat hic requiescere, tempus  
 Dum sinit, atq; brevis concessa occasio vati.  
 Et quis delicias, cœloq; fluentia aperto  
 Gaudia concipiatur? superum quibus aurea abundat  
 Insula, stellataq; domus, crystallina tecta?  
 Ecce leui gressu, libratus corpora vento,  
 Aeris emensus spatium, super aethere sisto:  
 Robora miratus volucric circumacta rotatu,  
 Septemplex contemplor opus: qualis sua motor  
 Officia indefessus agat, gignatq; ciendo  
 Harmonicis numeris, iucundu et amabile murmur:  
 Ut medium circà spatijs describat eisdem  
 Ingentes gyros, sua per vestigia latè  
 Machina decurrans, duro nec pondere pressa  
 Nec levitate ultra ingenti vi rapt a feratur,  
 Aut lateri incumbat, geminasq; inclinet ad Arctos.  
 In quot versa habitus prima varietur imago  
 Lampadis, et vultu nunquam splendescat eodem,  
 Dum modo plena aperit sopito lumina mundo,  
 Nocturnasq; fugat tenebras, modo curua bicornem  
 Falcem aquat, raroq; orbem ferit igne silentem.  
 Interdum facies tenebris obessa nigrescit

Progr-

Prorsus, ubi in radios fraterno iunctior astro  
 Incidit, & coitu infasto connubia miscet.  
 Ut secunda oculis nativo expressa decore  
 Subiiciunt manifesta, & opum plena atria pandunt?  
 Hic Mars: hac teneros mater quæ gignit amores:  
 Hac Phœbea domus: praest his penetralibus Arcas  
 Pennifer; hic tonitus vastos vibrat atq; trisulca  
 Fulmina, & assiduis mundum terroribus implens  
 Jupiter, infestas rupto vomit athere flamas.  
 Quid formas oblique tuas, duodenaq; monstra,  
 Signifer enumereim? mutarum idola animantum?  
 Flammantesq; globos astrorum, ignesq; coruscos?  
 Regna supergresso Diuorum octena minorum.  
 Empyrei iam templa patent, penetrale supremi  
 Numinis. Hocce qd est? qua turba volatilis auréum  
 Dulcisono strepitu solium circumfremit? ingens  
 Pennatorum agmen Iuuenum, quos purpura vescit  
 Laxior & tenui sanguosa volumine syndon:  
 Candidula facies, roseis mellit a labellis  
 Oscula, nativoq; gena fulgore rubentes.  
 Quas Cerussa suo non oblinit improba fuso,  
 Nec male composite pingit decor ortus ab virginit.  
 Fortunata anima, magni gens atheris, vt vos  
 In catus secreta nouem dia agmina latius

Intu-

Intueror? placidis vestro famulantia Regi  
 Obsequijs? pro sorte data, dum quisq; capessit  
 Munia, & ingentem nutu conuertit Olympum.  
 Vesta ope suspensus libratur in aere mundus,  
 Terraq; non ullo stat pendula fundamento.  
 Orbis circumagitis celeres, motuq; rotatis  
 Sydera perpetuo, unde dies & tempora noctis,  
 Annorumq; vices: vos fulmina dira, facesq;  
 Nubibus elisas, ne incensus conflagret orbis,  
 Vsq; coercetis: per vos terram inter & astra  
 Qua iacet ora, truces ponit moderationis iras,  
 Temperat & flatus, imbræ, gelidasq; pruinæ.  
 Nec semper maris unda tumet, vestroq; furores  
 Comprimit imperio, & placidis filet Amphytrite  
 Fluctibus; aeterna disponitis omnia lege.  
 Quin etiam flatu mortalia corda salubri  
 Tangitis, insuetum instillantes mentibus ignem,  
 Ne trahat incantas per denia, plurimus error,  
 Deceptasq; suo stygius demergat Auerno  
 Phosphorus, his olim quem stulta superbiam regnis  
 Expulit, & multa nigrum fuligine tinxit.  
 Quin vates quoq; vester amor, sanctoq; Poëtas  
 Dicitis auspicio, viresq; in carmina fertis:  
 Dum vehit unda ratem tumidis ventosa procellis,

C

Nau-

Naufragaque in medio ruit aquore cymba, residit  
Fra brevis, ventumque capit ratis acta secundum.  
Me regite, et vires et verba in carmina fertur,  
Carmina dum meditor vestro gratissima Regi:  
Dum cunas, patriosque cano cum matre penates,  
Altius aetherea repetens ab origine stirpem.  
Trita via, et pedibus sapè hac calcata priorum:  
Tantum impressa sequar, quò me vestigia ducunt,  
Quò me alto temone sedens, leuibusque quadrigis  
Hac vestra de gente puer: quò Taurus et ipse  
Magnanimus vebet ore Leo: et cui vertice crista  
Assurgunt, Regina ales, diuina volucris.

HISTORIA SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI:  
SECUNDVM EVANGELICAM VERITATEM HEROICIS NUMERIS  
EXPLICATA.

LEGATIO PRIMA ARCHANGE  
LI GABRIELIS, S. IOANNIS BAPTISTÆ  
conceptionem denunciantis: Luc: i.

 Entis Idumæa sceptrum regale gerebat  
Impius Herodes, quo non peruersior alter,  
Sacri-

Sacrilego Solymas rexit moderamine terras;  
Imperij fatale malum: cum mystica vates  
Munera sacrificia tractarent, ordine, sortis,  
Dilecti cœlo proceres; quos inter, honore  
Zacharias simili functus, votiva potenti  
Thura Deo, castaque preces Diuum intulit aris,  
Religione potens: huic fessa senilibus annis  
Uxor erat, nunquam cui frigida viscera partus  
Preserat, et foetus sterilis natura negavit.  
Unde gravi afflictata malo, et confecta dolore  
Affiduo fletu sobolis dispensia planxit:  
Nec tamen in patrias, violatrix improba, leges  
Quicquam egit, factis Mosaica scripta retractans.  
Turpibus, in cœlos quin membra videntia sapè  
Exultit, et longis ploravit damna querelis.  
Nec raro coniunx aris adlapsus, ab ima  
Plurima Zacharias traxit suspiria corde.  
Hacque ait: Omnipotens cœli, terraque Monarcha,  
Cuius dextra potens, totum, quem cernimus, orbem  
Condidit, et stabili rerum primordia fixit  
Ordine; quique ipso, mundi nascentis, ab ortu,  
Primo homini, sociam lateris de parte reuelens  
Ore, habitusque viro similem, nec disparate gressu,  
Latit formasti auspicijs, ut seminis ille.

## HISTORIA

Illa capax uteri, producta in sacula stirpe  
 Humanum reparent genus, aeternumq; propagant.  
 Ecquid in omnipotens numē patrauimus? aut quo  
 Naturæ legem vicio violauimus, unis?  
 Ut partum neget, & steriles induxerit annos?  
 Si tua, non memores propria, mandata, salutis  
 Spreuimus, aut nimius iuuenilia corpora luxus  
 Corripuit, scelus heu, meriti, pœnamq; fatemur:  
 Sin neq; diuinæ transgressi dogmata legis,  
 Nec lasciva animum euerterunt gaudia, quid non  
 Sperandum fuit? At votis contraria nostris  
 Sors cadit: infelix male firmos contrahit artus  
 Nunc senium, absumpta penitusq; in corpore vires;  
 Nec proliis natura capax, nec pondus inertis  
 Conueniens utero, maius nisi viscera quiddam  
 Impleat atq; satu cœlesti turgeat alius.  
 Quas pes frustra animo pride insidet, omnia quāquā  
 Te posse, indubitata fides, sed lassa reclamat.  
 Membra modò, & tandem immeritus sperare quiesco.  
 Hac dum fortè sacras senior fundebat ad aras,  
 Ecce repentinus cœlo descendit aperto  
 Nuncius; utq; precum transcenderit athera clamor  
 Pandit, & effata promittit pignora matri;  
 Indicat & qualis venturo gloria restet,

Quām

## SALVATORIS.

Quām grandis rerum moles, qua vita superfit,  
 Atq; ut præcipiti populo, & per deuia lapso  
 Verum monstraturus iter, clariq; daturus  
 Numinis indicium, quo prima ab origine plenus.  
 Exprimit hinc nomen pueri, Ioannemq; vocari  
 Admonet, & siluit: senior cui paucula contrā;  
 Infantemne mihi tandem natumq; futurum  
 Sancte refers? mené his animo confidere dictis  
 Posse putass? senium rebus cùm talibus obstet,  
 Lassaq; conceptum uxoris natura recuset?  
 Nuncius hac iterum: Non te cœlestia fallent,  
 Supremi promissa patris, non talia spondet  
 Mortalis natura tibi, sed qui astra, solumq;  
 Repperit, & medio suspendit in aëre terram.  
 Cuius ego imperio iussus parere minister  
 Adsum hodiè, et vestras veniens, cœli incola, ad oras,  
 Quæ mandata dedit, non contemnenda, peregi:  
 Quare pollicitum manet irrevocabile munus.  
 Non tamen ista tui impunita licentia abibit  
 Oris, & in pœnam, solido intercepta carebunt,  
 Verba sono, & clauso obmutescet lingua meatu,  
 Hac transactorum donec revoluta dierum  
 Tempora, ut ingenti pateant miracula mundo.  
 Dixit, & in nebulas posito libratus amictu,

C 3

Aëreum

Aëreum fulcauit iter, celeriꝝ volatus  
 Astrapetens, vitrei intravit regna aurea cœli.  
 Interim (ab ingressu quod sacra potentia legis  
 Ipsius arcebat templi, dum incensa Sacerdos  
 Ponere, & commune nefas de more piaret.)  
 Atria complebat vulgus, tardumqꝫ morantis.  
 Praesul is obstupuit reditum, & manifesta notauit  
 Signa DEI, ac rerum tandem mysteria sensit.  
 Vultus erat solito plus pallidus, ossa tremebant,  
 Priuataqꝫ dedit non longa carentia vocis  
 Numinis indicium vist, dum altare relinquens  
 Prodiit, & plenus voto ad sua tecta recepit.

  
**ALTERA LEGATIO GABRIELIS,  
 DIVINÆ CONCEPTIONIS RECLV-**  
 dens mysterium. Lycæ I.

**E**c super auricom⁹ lumen⁹, pranūcius ales.  
 Maiora exeqtur magni mādata Tonatis,  
 Äquatisqꝫ humeris librās pīnania gressus;  
 Inuolat angustas Nazraa Virginis ades,  
 Phœnicum terras inter, Galileaꝝ rura:  
 ( Hac longam seriem Regum numerabat auorum,  
 Legitima unde sui generis primordia traxit.)

Taliaqꝫ

Taliaqꝫ attonita placidis sermonibus infert.  
 SALVE inter cœtus Virgo veneranda pudicos,  
 Cui tot diuitias superūm, tot dona merenti  
 Explicuit plenis cœlestis gratiaruīs:  
 Te Dominus stabili firmam sibi fadere iunxit,  
 & canisuramqꝫ tuo sedem sub corde locauit.  
 Vnde etiam è multis dignissima millibus una es,  
 Ecclisi solio lapsus cui viscera partus  
 Impleat, & gremio virtus infusa supreni  
 Numinis, & eterno fœcundet semine ventrem.  
 Ad quem sic contrà breuiter Nympha aurea fatur:  
 Vnde mihi hoc veniet? Sexus cui incognitus alter,  
 Atqꝫ incorrupto manet inviolata pudore  
 Virginitas? mené amplexus tolerare viriles  
 Posse putas? tantumqꝫ etiam committere crimen?  
 Ut qua firma animo casti sententia voti  
 Permanet, inuertam iūctis temeraria tadis?  
 Ad quam sic iterum puer ille volatilis: In te  
 Ecce superueniet, circumqꝫ volabit obumbrans  
 Spiritus, & magni Virtus excelsa Tonantis;  
 Concipiesqꝫ utero, diuino Numine, plenam  
 Progeniem, imperium latè quæ finiet astris.  
 Magnificum terris nomen mortalibus ille  
 Inferet, & mundo lucem, cunctisqꝫ salutem

Gen-

Gentibus; & quemquam promissio nostra fefellit?  
Ecce graui senio Elysabe qua affecta laborat  
Turgescit grauida, sic disponentibus, alio,  
Caelicolis, quanquam natura repugnet, & atas,  
Conceptumq; negent effata in corpore vires.  
Nec dubita, cum plenum Orbi ter Cynthia lumen  
Fuderit, elapsus, mortalia regna subibit,  
Quem maternus adhuc ceterus complectitur, infans.  
His dictis ingens animo fiducia creuit  
Christipara, & lato exceptit noua nuncia plausu.  
Compressa ambitione tamen, fastuq; superbo  
Se famulam Domini agnoscens, humilem q; ministrā.  
Mobilibus pennis ventos per, & aëra vectus  
Regna de hinc petijt diuinns Olympica praco.



VISITATIO ELISABE-  
THÆ LVC. I.

 Ntere a memorat sobolis decret a futura  
Tēpora, cognataq; animo miracula voluit  
Dina frequēs: celeri grauidā hinc inuisere gressu  
Apparat, & cupida partiri gaudia mente.  
Ergo leui passu montana cacumina scandens

Trai-

Trajcit, ac Solymis raptim se mænibus infert,  
Zachariaq; domos intrat, notiq; penates  
Presulis. Ingressam rapidis amplexibus arcte  
Implicat Helysabe, faustumq; precantia verba  
Elicit, infantem tetigit præsentia Dina  
Protinus, insolito pulsantem viscera motu.  
Tunc concussa simul cœlesti afflamine mater,  
Ofælix, clamabat, & ô ter sancta quaterq;  
Fæmina, fæmineos cætus excelsior inter!  
Magna tibi è cœlis affluxit gratia complens  
Omnipotente satum mortales desuper artus.  
Fælix, ô nimium fælix, cui gignere natum  
Contigit, immensum recturum legibus orbem,  
Terramq; pelagusq; ingens, vndenaq; mundi  
Pondera syderei, cuius post sacula stabit  
Imperium millena, & finem nesciet atas.  
Ecqua hodiè irradiat sedes lux clarior istas?  
Ut se non meritis tam sancta penatibus hospes  
Inferat, & tanto indignos dignetur honore?  
Ecce puer gremio assultans, affamine motus  
Dina tuo, indicium manifesti numinis effert:  
Latitiaq; salit: Fælix qua credula dictis  
Assensu facilis dubias non prabuit aures!  
Certaq; polliciti expectat iam præmia partus!

D

Nym-

Nympha fouens animo, multa spe, gaudia, dixit:  
 Mens mea magnificis Dominum cœliq; soliq;  
 Laudibus exornat: grato præcordia motu  
 Spiritus intus agit, laxisq; exultat habenis.  
 Namq; humiliis sortem, non dignatus in altum,  
 Extulit, hinc me felicem per sacula dicet  
 Posteritas, quando tribuit tam magna potentis  
 Dextera, & immitam ingenti decorauit honore.  
 Nempe supergressa est cuius miseratio cunctas  
 Progenies, & opem cunctis mortalibus afferit,  
 Quos timor, & constans Diuum reverentia tangit.  
 Ille graui brachium diuinum robore firmans  
 Abstulit, ecce thronum sauis, dextraq; superbos  
 Præcipiti lapsu, solio turbauit: egenis  
 Sceptra dedit, largis locupletans censibus illos:  
 Pauper diutias regno ditatus & are  
 Posidet: illum opibus nudum premit acris egestas.  
 Suscepit puerum verbi non immemor Isræl,  
 Quod, solatus auos, veteri promisit Abrâbæ.  
 Hac ubi finierat, spatioq; potita trimestri est  
 Hospitio agnata, sua tandem ad tecta reuertit.



NATI-

## NATIVITAS IOANNIS BAPTISTÆ. LVC. I.

 Amq; dies aderat fœtū quo in luminis aras  
 Edidit Helysabe, partumq; exclusit ab aluo:  
 Ingens latitia exoritur, domus astuat intus  
 Plausibus, & celebri solennis pompa triumpha  
 Dicitur, insuetos dum grec vicus honores  
 Excipit, & lata ferit incunabula voce.  
 More dehinc veteri posuit præputia sectus,  
 Nutandumq; brevi nomen suscepit infans.  
 Mater enim aligeri verbo persuasa ministri,  
 Non tulit impositum patrio de nomine nomen,  
 Ignotumq; aliud tribuit maioribus antè,  
 Scilicet inuentum cœlo, puerog; repertum  
 Præpete, cui calami ductu, dum voce carebat,  
 Assentire volens, iterum resoluta ligata  
 Sensit vincla pater lingue, plectroq; moueri  
 Assueto, & placidum regnare in pectore numen.

Carmina venturi exorsus mox consciæ vates  
 Ebrius affatu aethereo, & cœlestibus auris,  
 Eternum benedictus, ait, qui sydera motu,  
 Sydereosq; globos, sua per vestigia voluens,

D 2

In-

Ingenti circum mundi vimænia versat.  
 Visere qui gentem voluit, propriamq; redemit:  
 Clara salutifera signum iam buccina pacis  
 Increpat; irarum ponunt fera pralia finem.  
 En noua lux oritur penetrans Dauidica regna.  
 Hoc est quod veterum cecinere oracula vatum;  
 Ut tandem erectos audi de faucibus hostis,  
 Nil inimica in nos sauire potentia posset;  
 Ut Domini imperium, meliora q; dicta sequentes,  
 Iustitiam colere intrepidi, rectumq; queamus.  
 Et tu parue puer, populo vestigia, vates,  
 Praevia monstrabis: duce te, sua crima promptus  
 Exuet, ac tenebras fugiens, quibus usq; sedebat  
 Immersus, Phœbi radios, & clara sequetur  
 Lumina; sic fatus siluit; iamq; ubera parvus  
 Vix materna puer teneris mulgere labellis  
 Destitit, inq; sinu blando colludere motu,  
 Cum se in vacuas, vulgum aspernatus, eremos  
 Ex hominum catu eripuit, deserta subintrans  
 Syluarum loca, & obscuros sine sole recessus,  
 Alta Palestini circum fastigia montis,  
 Arboreo pastus fructu, viliq; locusta, &  
 Membra Molochi succinctus pelle leonis.

DIVOR.

  
**DIVORTIVM INTER IOSEPHVM  
ET MARIAM IMPEDITVM IN SOMNIS**  
 ab Angelo. Matth. 1.

**P**LENA Deo interea Nazræ Virginis alu,  
 Suspectusq; viro, suavit diuertia venter.  
**N**amoq; animaduertens clauso turgentia  
 fœtu  
 Viscera despensa curarum fluctuat astu  
 Sollicitus nimium, thalamosq; relinquere certò  
 Cogitat, atq; uteris scelus occultare grauati,  
 Ne diuulgatus, fama dispendia, rumor  
 Inferat, & toti innotescat dedecus vrbi.  
 Talia dum fortè ancipiti vir pectore versat,  
 Membra graui somno subito compressa quiescunt,  
 Languentesq; sopor, curis urgentibus, artus  
 Occupat; hinc vigilem exercent in somnia mentem  
 Desuper, & vanis trepidum terroribus implent.  
 Hac simul ancipiti captabat murmura sensu:  
 Connubium seruare ratum, stabilesq; Hymenæos,  
 Ne dubita; non illa fidem iurata sefellit,  
 Nec turpi coitu thalami pacta irrita soluit;  
 Virginitas ille sa manet, nec claustra pudoris

D 3

Euer-

Euertit medio saliens in viscere fatus:  
 Scilicet athereum flamen descendit obumbrans  
 Nuper & in casti illapsum penetralia ventris,  
 Numine virgineo compleuit cælitus artus:  
 Hoc vatum pridem dixere oracula vobis,  
 Venturum in terras, cuius se virgo parentem  
 Nominet, agnoscatq; libens, qui sacula saluet,  
 Et patriam labem cunctis mortalibus ultro  
 Auferat: ille gravem excutiens hac voce soporem,  
 Corripit è stratis sese, versatq; monentis  
 Verba animo, atq; diu secū noua nuncia tractat.  
 Iam pondus cœlestē uteri, iam sarcina visa est  
 Humano maior partu: iam cognita origo  
 Seminis, athereumq; genus, iam amota quieuit  
 Suspicio, & stabili optantur consortia voto.



V N I V E R S I O R B I S C E N S V R A,  
P V B L I C O A V G V S T I C Æ S A R I S E D I C T O  
imperata: Saluator nascitur: miraculum Pastori-  
bus primò innotescit. Luc. 2.

**M** ORRIDA Martigena posuerunt arma  
 Quirites,  
 Romuliduq; furor duris cōpressus habenis,  
 Oti pacato suavit iam libera mundo,

Qualia

Qualia vix annis audit à prioribus: omnis  
 Vnius imperio tellus subiecta quietuit.  
 Vnde noua obstrinxit capitum discussio plebem,  
 Ut genus & patriam fassus dependeret ara  
 Quilibet, & nomen gentis, censemq; referret.

Ergo etiam Syrias fertur diploma per urbes  
 Cesareum, & Latios Galilea per oppida census  
 Imperat: hinc catus hominum per tecta frequentes  
 Hospitijs sese accumulant; turba aduolat ingens  
 Ad cunas IESSÆ ETUAS, genitaliaq; arua.  
 Quò simul & casta senior cum virgine Joseph  
 Intrabat, nomen, patriamq; aurumq; daturus.  
 Ecce autem magnis plenam conuentibus urbem  
 Aspiciens senior, tacito dum singula visu  
 Percurrit, circumq; domos & limina lustrat,  
 Nec tectum superesse videt, requiemque labori,  
 Occupat angustum, duris sub cautibus, antrum,  
 Stamineosq; thoros, actis ubi mensibus, alui  
 Sacrum exclusit onus, seruato illa sa pudore,  
 Compositumq; leui conuoluit arundine Nympha.

Hic subito aligera cœlo descendere turma  
 Leni apparebant motu, diuina cientes  
 Carmina, dulcisonis numeris, strepituq; canoro.  
 Excubias Phœbo pubes pastoria agebat

No-

Nocturnas, per rura vigil camposq; patentes,  
Religio quod prisca tuit, veterumq; parentum.  
Vana supersticio, longo quæ more recepta  
Paxim gentiles induxerat amula ritus.  
Hac ubi versicolor vidit per inania vulgus,  
Hic baculo male nixus humi prostratus, at ille  
Mobilibus plantis celeri ruit ocyor Euro  
Arua per, & segetes & inanes gramine campos.  
Vox tamen ista procult trepidos solata bubulos,  
Aurarum spatio insonuit: quid amica timetis  
Spectra viri & tenui imbellies horreficitis umbram?  
Non hic vana mouet reprobus præstigia Damon:  
Nos cœlestè genus: latum portamus ab astris  
Nuncium, & ingenti partimur gaudia mundo:  
Mundo parta salus, homini lux orta refulxit,  
Plaudite: flore nouo Iessaia planta virescit,  
Et vetus altiloqui renouatur origo Propheta.  
Ite, sub angusto positus lare cernitur infans,  
Proxima vagitu feriens præsepia, panni  
Cui inuoluunt tenerum, sinuosaq; fascia, corpus.  
Hac super ætherei iuuenes præconia Regi  
Miracanunt, graciliq; implent liquidū aëra voce,  
GLORIA, supremum mundi qui circuit axem  
Altior, excelsa regnans super æthere, Patri:

Otia

Otia tranquilli peragant optata, voluntas  
In terris quibus aqua, & longa pace fruantur.  
Hinc iterum in ventos abeunt, vultusq; relinquunt  
Aëre concretos, solidauè carentia mole  
Corpora mutatis remouent malè pacta figuris.  
Illi haud cunctantes, quo sors vocat, ibimus, aiunt,  
Miraq; scrutemur tanti spectacula facti:  
Vidimus & vultus, habitusq;, atq; ora loquentum  
Vidimus, & motas non surdi audiimus alas,  
Et numeros, & dulce melos modulataq; verba,  
Cunarumq; locum, natuq; cubilia regis.  
Ergò compositis accedunt paßibus urbi,  
Speluncam inueniunt tandem sub rupe cauata,  
Longauumq; senem, stantemq; ad lumina matrem  
Insomnem, atq; audie amplexantem pignus in ulnis.  
Moxq; introgressi, & dicta lato ore salute,  
Consona magnifico cantant præconia Regi.  
Scilicet, hic puer est, per quem gens aurea mundo  
Surget, & arboreus sudabit roscida cortex  
Mella, atq; in medijs florebit palmes aristis.  
Hoc duce si qua manet, patria de labe, superstes  
Irrita nos longa soluet formidine, culpa.  
Hic Acheronias magno molimine sedes  
Destruet, atq; alto figet super axe trophaum.

E

Inde

Inde reuertentes, rerum miracula paſsim,  
Diuulgant, urbemq; nouis rumoribus implent.  
Iamq; octo exactis, cælo voluente, diebus,  
Hora erat, ut puerò (quod lex antiqua monebat)  
Inguinis exiguum, prima de pelle, recisum  
Demeret admoto cautus mucrone Sacerdos,  
Saluificumq; daret nomen, cælestibus olim  
Decretum monitis, auumq; ante omne repertum.



## DE HIPAPANTI DOMINI.

Lucae 2.

**H**EBDOMAS à partibus terna ubi fluxerat,  
ipsa  
**V**irgo memor veteris decreti, altaria tēpli  
Visitat, & gemino infantem cum turture Diuis  
Implumi oblatum redimens, se legibus oltrò  
Subiicit, atq; uteri, inuiolata, piacula soluit.  
Hic senior Simeon cœlesti numine motus  
Ingerit in medium sese, atq; aduoluitur aris,  
Multa animo memorās, fatalis ut hactenus hora,  
Ut mortis suspensa dies, melioraq; semper  
Tempora, & expectet longis solatia votis.  
Inde propè astantem, charo cum pignore, matrem

Con-

Contemplatus abit, tremulisq; amplectitur vlnis  
Reptantem gremio puerum, atq; hac insuper addit.  
Quod mibi mens de te benè diuinata canebat,  
Ulterius non posco puer, saturata quiescunt  
Vota modò, atq; animos sperata remissiūs vrunt.  
Latitia tu causa mihi, tu optata malorum  
Finis ades, qua vita grauis, quaq; agra senectus  
Viribus haud iam firma suis, non apta labori,  
Invexit, per te pedibus male fulta caducis  
Offea compages membrorum, & inutile pondus  
Corruet, inclusamq; diu partem atberis alti,  
Ad patrias sedes cœli, unde egressa, remittam.  
O faelix & fausta dies, qua cernere Regem  
Contigit, unde salus & pax, & cuncta videnti  
Prosperiora cadent! nunc est, ut luminis auras,  
Vitalemq; ignem, & mortalia regna relinquam:  
Sat fuerit vixisse, nihil me instantia terrent,  
Funera, dum compostandum solaminis Israël.

Hoc est, quod dudum o Virgo mens præscia vidit,  
Quod manet usq; etiā memori sub corde reposum,  
Nempe ut post habitis stellatis sedibus, olim  
Terrarum intraturus opes, mundanaq; regna,  
Hic puer, unde alijs certam sperare salutem  
Interitumq; alijs dabitur, certamq; ruinam.

E 2

Tur.

Turbine precipiti deiectos, rursus ab imo  
Hic dextra virtute sua, ad supra me levabit.  
Quanquam (hominum dum aduersa fides, aduersa  
voluntas)

Fæderis in signum posito contraria dicent,  
Inq; vicem incertis variabunt vocibus, ille  
Dum facili assensu verum esse fatebitur, alter  
Ingenio discors cœlo venisse negabit.  
Hinc te liuor edax urgebit, & improba carpent,  
Scōmata, qua rigidus tanquā ensis, fossa cauabunt  
Pectora, ut interna pateant penetralia mentis,  
Notescantq; palam, laxis præcordibus, ima  
Sensa animi. Hac fatus senior vix ora repressit,  
Conscia fatorum cum interuenit altera vates,  
Atq; eadem repetita canit, maioraq; dictis.  
Hac longo matura auo, post fata superstes  
Approperata viri, viduos transegerat annos,  
Atq; indefesso didicit seruire labore  
Divis astrorum terraq; potentibus, esca  
Vix inopis tenui saturans ieiunia ventris,  
Aßiduisq; vacans precibus, cœlosq; fatigans.  
Post, ubi solemni ritu iam cuncta peracta,  
Ad Nazā iterum conuerso mœnia gressu  
Sublatum portabat onus, patriamq; revisit.

DE

  
DE CHALDÆORVM REGVM MVNE-  
RIBVS, AVRO, THVRE, ET MYRRHA,  
Item de transitu Ioseph in Ægyptum, & Ma-  
sculi partus interemptione in Beth-  
leem: Math. II.

  
St locus Aurora propior, Phœboq; renato,  
Quem tepidi aßiduis demulcet flatib; Euri  
Dives opum, Myrrhaq; ferax, & thuris abundans,  
Chaldaam dicunt: vix astra peritior ulli  
Gens notat, atq; obitus cœli inuestigat & ortus,  
Præsertim genus & virtus quos celsior auxit.  
Ergo nouo signo moniti, stellamq; sequentes  
Aëra sulcantem flammis, Nabatea relinquunt,  
Arua, Saba proceres, comitum stipante caterua,  
Et terras intrant Solymas, Iudeaq; rura;  
Rex ubi sit, rogitant, cunasq; & regia poscunt,  
Atria, quò pueri importent sua munera nato.

Terruit Herodem tanti vox nuncia facti,  
Frarumq; bilit rabiem cæcusq; furore  
Conuocat imperio vates, regniq; laborat  
Noste vices, ubi tecta noui genitalia regis.  
Illi haud ignari præcorum arcana reuoluunt,  
Dicta patrum, & veteris referunt oracula Michæ,

E 3

Quæ


Quà facile elicitur cunarum regia sensu,  
Natalesq; patent, Bethlemita limina, sedes.  
Hincq; Magos iubet ire wafer, positoq; redere  
Numere, ut inventum simili veneretur honore.  
Numen item, atq; Deo referat sua dona potenti.

Ecce autem medio suspensus in aëre flammis  
Apparet globus egressis, ducitq; sequentes  
Præmias, ad cæli donec cunabula ventum est,  
Summo ubi fatales sub culmine constitit ignis,  
Impleuitq; domos radijs, lucemq; vibrauit.  
Hinc lati exultant Arabes, visumq; salutant  
Sydus, & intrantes tecti penetralia, numen  
Protinus agnoscunt, ac prono corpore lapse,  
Dote repertorem cæli venerantur IESVM  
Triplice, thure, auro, & cynira o germine myrrha.  
Inde regressuri, sua per vestigia, retro,  
Cœlestes capiunt monitus, ut saeva tyranni  
Limina vitantes, alia regione revertant.

Tunc quoq; descendens stellata in veste minister,  
Pluribus in somnis Iosephum hortatibus implet,  
Ut procul eruptus saturando cadibus arvo  
Deferat infaustum limen, terrasq; capaces  
Sanguinis: his monitis, Nympha comitâte, recedens  
Cœlesti cum proles senex, Nilotica gressus

Rura

Rura petit, finesq; intrat Memphitidōs ora.  
Ebræus interea furij s regnator Idumes,  
Consilium molitur atrox, dum se hospite lusum  
Chaldaeom meminit, fraudesq; in pectore versat,  
Ne forte adueniens sibi sceptra potentior alter  
Auferat; instructus sauire per arua satelles  
Cogitur, atq; haustum gladio potare cruentem.  
Ille fero similis, stimulat quem præda, leoni,  
Finitimos populatur agros, strictoq; per urbes  
Ense furit, teneros fodiens mucronibus artus,  
Dira per innumeras donec saturata quietuit  
Cades, infandi tandem truculentia monstri.  
Tunc completa simul veterum præfigia vatum:  
Plorat ubi infælix natorum funera Rachel  
Monte sub excuso, nec consolata querelas  
( Scilicet insculpens animo irreparabile dampnum.)  
Mæsta premit, cuncto viuens miserabilis euo.



DE

**D E R E D I T V I O S E P H I N P A T R I A M , D E F V N C T O H E R O D E ; I T E M D E I N C R E M E N T O E F F E C T U S V I R T U T U M , & S A P I E N T A I N C H R I S T O ; & Q U O M O D O I N M E D I O D O C T O R U M D I S P U T A N S , A P A R E N T I B U S R E P E R T U S S I T . M A T H . I I .**

**O**ST QVAM Alienigenam rupto iam stamine, Parca  
**S**ub stygios misere lacus, Plutoniaq; antra,  
 Filius in solium evectus, moderamina sumpsit  
 Imperij, & rerum obtinuit dominator habendas.  
 Hoc pueri assueti monitis Nazarius exul  
 Protinus agnoscens, dum forte quietior artus  
 Nox ligat, & placidi demulcent corpora somni,  
 Arua Paratonio liquit stagnantia Nilo  
 Confestim, ac terras iterum, quā Nazara felix,  
 (Nota replerentur prisci quo oracula vatis)  
 Ingressus, longos vixit cum virgine menses.  
 Filius interea matris iam corpore crescens  
 (Sed priūs egregijs, lenem quam nouerat auram  
 Ducere, virtutum donis diuinitus auctus)  
 Ipso paulatim patrat miracula facta,  
 Ingenium dum iam pdit, mentemq; capacem  
 Consilij, & vires animo, & sua robora membris.

Tempus

Tempus erat, quo festa frequens paschalia agebat,  
 Totaq; confluxit Solymam vicinia ad urbem:  
 Forte via comitem se sponte parentibus ille  
 Adiungens lento aquauit vestigia gressu,  
 Permansitq; vna, donec sacra Orgia finem  
 Jam tenuere suum; longis procedere visa  
 Ordinibus peregrina cohors, ibatq; frequentes  
 Hebrae de gente chori, matrumq; patrumq;  
 Ad proprios ex urbe lares tunc quisq; regressus.  
 Tantum bis genitus comitum consortia linquens,  
 Ultrò deflexit puer, & decepit euntes,  
 Passibus obliquis retro vestigia torquens:  
 Sedula quem longo mater scrutata labore  
 Sapè mihi, dixit, quæ nunc solatia restant?  
 Heu me infelicem! quò spes, quò blanda recessit  
 Cura animi? quò delicia? quò abrepta voluptas?  
 Aspectu tuo caream? non illa video  
 Ora debinc, audi toties que admota labellis  
 Presimus? & iuncto toties libauimus ore?  
 Mors optanda magis, non est, ut vivere possim,  
 Tam dulci priuata bona: quò caca ferebar?  
 Consortis oblita meis? quò lumina verti?  
 Quò deflexi oculos misera? ut mihi penè reuulsus  
 Hac lateris de parte puer. Sed inania verba

20

F

Effudisse

Effusisse diu visa est Nympha irrita, donec  
 Tertia iam cœlo roseis innecta quadrigis  
 Clara Hyperionios Aurora reduxerat ignes,  
 Vatibus insertum reperit legumq; peritis  
 Tunc etenim, obscurō pplexa anigmata sensu  
 Scrutantem, & prisca nodosa volumina legis.  
 Ad quem mox etiam maestas sic voce locuta est:  
 Natae animi requies, & spes, & sola voluptas,  
 Quas pro te lachrymas, heu qua suspiria fudi  
 Hactenus? ex oculis ut te malus abstulit error?  
 Quia cura amissum indagauimus? obvia visu  
 Passim oblustrantes ambo; ecque tanta parauit  
 Absenti fortuna moram? Cui talia contrà  
 Subiçiens placido respondit filius ore.  
 Nuper ab aspectu quamuis me occultus euntem  
 Trames secreuit comitum, perq; auia duxit,  
 Non illud ratione caret, sic nempe decebat  
 Iure frui patrio haredem, regnoq; potiri.  
 His dictis, abiēre simul materq; puerq;  
 Manseruntq; animis infixa hac omnia matri  
 Altius, & memori pressit mysteria mente.



DE

DE DOCTRINA, BAPTISMATE,  
 VITA, ET HABITV S. IOANN. ERÈMITÆ  
 & quemadmodùm Christus ab eodem in Iordanè  
 baptizatus. Luc: 3. Math: 3.  
 Ioann. i.

Er loca Zacharides haustus iam plenior  
 ibat  
 Numinis, humana quâ nusquam semita  
 planta  
 Trita, humili vincitus corio, crudoq; Cameli  
 Tergore, ubi esuriem tenui saturâsse locusta  
 Dicitur, & viridi stillantia ab ilice mella,  
 Aut matutinos potâsse è gramine rores.  
 Quin meditatus item præcepta salubria fertur  
 Jordanis ad ripam circumq; iacentiarura  
 Hebraum erudiens vulgus, Solymosq; frequentes.  
 Tunc alta insonuit, deserta per auia, voce.  
 Vestra quid usq; graui torpescunt corda veterno  
 Dicite mortales, que vos ignavia versat?  
 Latum quin agitis calle, ut directa viarum  
 Semita, mox Domino pateat calcanda potentis  
 Vallibus aquentur ventosa cacumina, & alti  
 Subsiliant montes, decrescentesq; residant.

F 2

Aspe-

Aspera planiciem, tractusq; obliqua patentes  
 Accipiant, oculos radius quo clarior intret,  
 Effusamq; Dei videat gens cuncta salutem.  
 Hinc egressa cohors Solymis de finibus ibat  
 Plurima, iam veteres mores, et facta perosa,  
 Ut super infuso sacrati fluminis imbre  
 Labes exuerent scelerum, sordesq; nefandas.  
 Fortè viros inter numerosus Hypocrita visus  
 Freuña, fraudisq; capax Pharisaeus ordo.  
 Quos ubi conspexit, tali est sermone locutus:  
 Dicite, vepereum genus, ut ventura feretis  
 Ultoris tormenta Dei, scelerumq; sequentem,  
 Vindictam? Ecquis erit meritas qui evadere paenas  
 Irarumq; minas doceat, saiumq; tribunals?  
 Magna licet probitas, mendacibus obliterata fucis,  
 Inq; ore inq; habitu et blandis congreßibus, extra  
 Apparens, tumidos fastus crevit atq; superba  
 Nomina, et insignes titulos; nunquam illa latebit,  
 Nunquam vestra Devum pueras abscondita mentis  
 Consilia; affligunt vita si anteacta prioris,  
 Atq; suas posuit tandem mens callida fraudes,  
 Digna agite atq; operum dignos tandem edite fructus;  
 Absit vana procul generis iactantia vestri,  
 Nec tumidos pauiti animos Sors sanguinis inflet;

Nam-

Namq; adeò facile est nutu producere solo  
 Cuncta Deo, ut lapidum cumulos animare iacentes  
 Omnipotente manu, et natura lego nouata,  
 Posit, et aethereum subito inspirare calorem.  
 Iam posita arboreis radicibus apta securis  
 Imminet, atq; oculis secturat uentibus instat,  
 Robora syluarum et steriles sub montibus ornos,  
 Que flamas succisa auidas, ignesq; fouebunt.  
 Subleuet auxilijs inopes, requisquis abundat  
 Ditior atq; opibus; si vili pauper amictu  
 Indiget, aut nudis desint sua tegmina membris,  
 Siue dapes vacuis venter desideret, acri  
 Iam stimulante fame, huic duris in rebus adesto,  
 Fluxarum largitor opum, fragilisq; metalli.  
 Si qui adsunt, publici sectantes fœnora censūs;  
 Hic caueant, licitum ne, vectigalia prater,  
 Motus auaritia, nimiaq; cupidine, quisquam  
 Exigat, et grauia era lucri furetur amore.  
 Abstineat miles patrandis cadibus atrox,  
 Nec satureret fuso crudelem sanguine dextram;  
 Aut male contentus stipendia grandia poscat,  
 Insontem ut perimat, factum mercede paciscens.  
 Hac ubi dicta, abiit sensa in contraria vulgus,

Habebatq; diu anticipi versatilis motus,  
 Sortem inquirēdo iuuenis; pars namq; Prophetam  
 Flammiuomo vectum cœli super ardua curru.  
 Iudicijs persuasa suis pretendit Heliam.  
 Pars vatuum è numero quendam cœtuq; minorum:  
 Cœlo alij venisse canunt, gaudentq; supremi  
 Se elapsam è gremio sobolem vidisse Tonantis.  
 Promissam patribus toties, certoq; futuram.  
 Sed titulos renuit, nec Diuum heroica fassus  
 Nomina; quin longis iterum sermonibus vtens,  
 Sic orsa exequitur: quanquam lustralibus vndis  
 Corpora vestra lauo, veniet me fortior alter.  
 Mox tamen omnipotente iterum qui flamine tinget  
 Mersa modò, & sacris purgabit noxia flammis  
 Pectora, cui in manibus, fruges qua ventilet, haret.  
 Palaleuis, magnoq; olim qui farris aceruo  
 Horrea complebit, culmosq; exuret inertes:  
 Cuius ego indignus, plantarum vt vincula soluam,  
 Nec minimam immensi mensuram nominis aquo.  
 Hic iuuenem humano velatum corpore vidit  
 Vultum atq; ora Deo similem, gressuq; habituq;  
 Puniceo incinctum clavio, cui effusa pilorum  
 Casaries, humeris latè dependula fluxit,  
 Multicolorq; supra radiorum è vertice cuspis

Emicuit

Emicuit longè assurgens, auraq; colorans.  
 Quo viso primum obstupuit, renuensq; potentem  
 Fonte salutari & sacris inspergere lymphis,  
 Absit, ait, manus hac sacrum vt caput abluit, absit  
 A me, Diue, hodiè intinctus baptismata sumas:  
 Hac mihi mēbra etenim per te iam mersa madescet,  
 Lustraborq; tuo potius de flumine: diam  
 Namq; auram inspiras latici, flatusq; potentes,  
 Vndaq; saluificum per te haurit mystica Numen.  
 Sic fatus siluit; Diuus cui paucula contrà.  
 Ne te difficilem iussis cœlestibus offer  
 Vsq; obluctando; mihi enim sic sanctus ubiq;  
 Injustia infectandus amor, legumq; tenenda est  
 Regula, ad hanc vulgi vt reliquis se dirigat ordo.  
 Dixit, & inclinans rapidis se immiscuit vndis,  
 Vorticibus medijs, medioq; in fonte lauatus.  
 Ipse Pater cœlo simulac manifesta sereno,  
 Signa dedit, dum descendens per inane volabat  
 Prepetis in faciem collectus, & alba columbe  
 Spiritus ora ferens, tali sermone secuto.  
 Filius ecce meus dilectus hic, unaq; proles,  
 Quam genuisse placet, factorum ante orsa, coe-  
 uamus.

IESVS

JESVS EXPLETO IEIVNII QVA-  
DRAGENARIO, SVBDVCTVS A DIABOLO  
& tentatus in deserto. Matth. 4. Luca 4.

Marc. 1.

**P**ost, ubi longa tulit vacuo ieunia ventre:  
Spiritus ille vafer, scelerum fraudisq[ue] re-  
pertor.

Agrediens, faciemq[ue] virimentitus & ora,  
Sic ait: indubitata Deo si auctore triumphas  
Progenies, patriaq[ue] refers ab origine numen,  
Impera ut exutis, saxonum bac robora, formis,  
In Cererem mutata abeant, postaq[ue] liquefiant  
Duricie, & grato saturent vacua ilia fructu.  
Dicit sed astripotens breuiter sic vana refellit.  
Quid blasphemē Devū tētas? quid Numinā fallis?  
Non ex pane hominū solo natura fouetur,  
Quem duris coctum sub faucē molaribus, ardens  
Deglutit stomachus, latoq[ue] abdomine claudit:  
Plus vegetat, qua diuino vox fertur ab ore,  
Et longē excellunt verborum pabula fruges.

Ille dehinc montis supra fastigia secum  
Assumptum raptat comitem, quō cuncta videntis  
Latè prospectus penetret, seq[ue]s offerat ingens

Terra-

Terrarum moles oculis, mundanaq[ue] regna.  
Tunc iuxta astantem tumido sermone lacefens,  
Contemplare, inquit, cuncta hac, nostriq[ue] decorēm  
Imperij, & spatia, & fines metire, quod usquam  
Et quod ubiq[ue] vides, fluios, freta, prata, lacusq[ue]  
Primarumq[ue] apices, vicinaq[ue] culmina cælo,  
Parere hoc nobis didicit, sceptrumq[ue] veretur.  
Sed tua sint, concedā equidem, ut tibi vasta tributū  
Pendat humus, rebusq[ue] potens dominere vicissim.  
Si me submissō, procumbens poplite adores,  
Equeuumq[ue] Deo agnoscas, cui talia contrā  
Cede Deo, dicit, nec Diuis praripe laudem:  
Insertum antiquis scripturis namq[ue] memento,  
Numen adorari cœli quia conuenit unum.  
Ille iterum Solymi vectum supra ardua templi  
Talibus aggreditur dictis, fastuq[ue] superbit.  
Si genus è cœlo ducis, cognataq[ue] iactas  
Numina, credam equidem, si te per inania saltu  
Pracipitans, vacuum iaculabere in aëra corpus;  
Nec fracti tibi damna pedis plantaq[ue] timenda est  
Lasio: sic etenim de te monumenta loquuntur;  
Ad nutus, ventura tuos examina cœli  
Alituumq[ue] choros inuenum, quacunq[ue] feraris,  
Sive per aereas prarupti verticis arces

G

Arduus

*Arduus incedas, seu per deuexa viator,  
Sublatusq; humeris quouis famulantibus ibis,  
Nec te dura silex vel acutis sentibus asper  
Mordebit, cruriq; infliget vulnera ruscus.*

*Dixit, & in nebulas cœpto delusus inani,  
Abiecit phantasma fugax assumptaq; membra  
Spiritus, at herei sed mox patuere penates,  
Descenditq; frequens medium per inane minister  
Missus in obsequium Domini curasq; relieti..*



CHRISTVS CAPTO IOANNE  
PRÆDICANDI MVNVS AVSPICATVR CA-  
phnai: Petrum, Andream, Ioannem, Iacobum ad Aposto-  
latum conuocat. Matth. 4. Marc. 1. Pœnitentiam  
prædicat, morbis remedia adhibet. Mat-  
thæi 4. Marc. 3. Ioan. 6.

**R**VMOR Idumaas iā paſſim oppleuerat urbes,  
Nup Eremicolā coniectū in vinculavatem  
Marmoreos inter, ferriq; repagula, postes  
Taxatum portare nefas, & adultera facta.  
Hoc ubi compertum Christo, Zabulonida mæſtus  
Terram adit, & Syrios intrat, quā Nephtala, fines  
Nephtala grandiloqui scriptis memorata Propheta.  
Terra iacet Zabulon Ponto vicina frementi,  
Pars regni Galilæa tui, trans Iordanis amnem,

Hæc-

*Hactenus obscuris tenebris que immersa sedebat  
Atq; obsepta umbris & caca mortis abyſſo.  
Nunc inopina illis cœlo lux orta refulſit  
Gentibus, & plenos clarum iubar extulit ignes.  
Semen Euangeli & large documenta ſalutis  
Induit ex illa primum fælicior hora,  
Et placare DEV M didicit, numenq; vereri  
Natio fatali errorum caligine preſſa,  
Quando tubam inflauit plenis, cœli aduena, buccis,  
Increpuitq; DEI regnum, cœlosq; propinquos.*

*Littora circumiit paulum digressus ab urbe  
Liberiore animo, ſtudijs intentus agrefum  
Humida ut aquoreis inuoluant retia pradis,  
Sectenturq; gregem, maculisq; natantia fallant,  
Agmina, nodosaq; plagarum indagine cingant.  
Quorum operas miseratus, ait, cassumq; laborem,  
Ponite lina viri, fragilesq; relinquit e naffas;  
Non hoc conueniens ſtudium eſt: maiora ſup ſunt,  
Lucra, quid exiguo tractatis retia quaſtu?  
Me obſeruate ducem, comitesq; accedite nobis,  
Namq; dabo, ut poſthac captum meliore refertus  
Cassis eat, prædamq; hominum facili induat arte.*

*Ergo via comites inopi Bessaide cretos  
Accipit, & Syriam peragrat, Galileaq; rura*


G 2

Genti-

Gentibus inculcans diuini dogmata verbi,  
 Mutandiq; vices regni, sortemq; futuram.  
 Legibus unde nouis præcordia agrestria vulgi  
 Imbuit, & veteres, verborum pondere, ritus  
 Duraq; prisorum euertit decreta parentum.  
 Utq; rudes populi meliori semina captu  
 Imbiberent, arcteq; animis impressa manerent;  
 Pondera factorum natura imperuia & arti  
 Adiicit, atq; palam dextra omnipotente stupendus  
 Exhibit, ingenti manifestans numina mundo.  
 Namq; opera functis medica languentia soluit  
 Membra hominum, dirasq; aufert de corpore pestes:  
 Si cui fortè habitus comitata insania Phabes  
 Sensus incusit stolidos, distortaq; mentis  
 Iudicia, aut stygiius vallavit pectora Damon:  
 Aut late inflatum ventrem insaturabile virus  
 Lethiferis distendit aquis: cacosq; hebetesq;  
 Atq; pedum officio male functos, protinus omnes  
 Erit, ac solo nutu tactuq; medetur  
 Omnibus, unde manum ingentem Solymumq; Sy-  
 rumq;  
 Quiq; Decapaleon habitant, Iudaïaq; arua  
 Connuersam in se se traxit, duxitq; sequentes,  
 Alta super montis vicina cacumina secum.

PRÆ.

  
**PRAECLARISSIMVS ILLE SER-**  
**MO, QVEM CHRISTVS IN MONTE AB OCTO**  
**beatitudinum exorsus explicacione ad circumstantem**  
**plebem declamauit: Matth. 5. Luc. 6.**

  
**A M Q V E** coronatus fuso circùm agmine  
 collis  
**M**agno feruebat strepitu, ancipitiq; lo-  
 quentum  
 Murmure, cùm placidas, post iussa silentia, voces  
 Praclare exorsus, comites sic imbuit Heros.  
 Fortunati illi nimium qui paupere viuunt,  
 Spiritu, ad hos etenim cælorum regia spectat.  
 Fortunati iterum, quorum sub pectore luctus  
 Regnat, & aßiduo mœrore obfessa premuntur  
 Corda, olim accipient solamina plena doloris.  
 Fælices post hac, quibus est mansueta voluntas;  
 Terrarum Dominifient, sceptrumq; tenebunt  
 Orbis, & imposito frenabunt omnia iure.  
 Fælix iustitiam esuriens, res affluet illi  
 Largior, & multo plenus saturabitur are.  
 Porro beatorum numerum non ultimus auget,  
 Duram qui sortem miseratur iniqua ferentis,  
 Rebus in aduersis non ipsum deseret unquam.

G 3

Mun-

Mundi opifex, tutumq; alto super aethere siset.  
 Fælices, animus quorum non oblitus ullo  
 Dedeceat aut maculis scelerum, meliore fruentur  
 Numinis aspectu, & cælum, post fata, videbunt.  
 Fælices ultræ, qui facta inimica perosi,  
 Pacem sectantur placidam, laurosq; videntes:  
 Namq; vocabuntur Diuum in consortia, & illis  
 Incident similes diuina stirpe superbi.  
 Fælices tandem, rabies quos saua potentum  
 Exagitat dirusq; furor, crudelibus actos  
 Pœnarum stimulis, & iniqua lege tyranni  
 Iustitia memores; Diuum omnipotentia adibunt,  
 Atria, ad aethereos pceres, sacrumq; Senatum.  
 Si vos dicta hominum forsitan mordacia carpent,  
 Aut trahet in duras fucata calumnia fraudes,  
 Netrepitate viri, fortesq; resistite, merces  
 Scilicet expectanda olim super axe perennis.  
 Ita tulit vatum numerus conuitia quondam,  
 Qui præcesserunt per facula plura priores.  
 Vos sal terrarum, cuius natura, sapore  
 Degenerante etiam niue fit, pœctior alba,  
 Concretusq; maris vilescit protinus humor.  
 Oppida supposito fundata cacumine montis,  
 Non facile aspectum fugiunt, oculosq; videntum:

Nec

Nec modio occultata, nigras fax discutit umbras,  
 Et micat exiguum, lycno sed pendula, fulget  
 Et latè impellit tenebras, atq; omnia lustrat;  
 Vos claro similes, quod mundum illuminat, astro;  
 Vestra ergo in cætus hominum lux fufa redundet,  
 Ut virtus operosa animi, & conspecta probentur  
 Pondera factorum, ac laudis pars vlla supersit  
 Eterno, nutu qui dirigit omnia, Regi.  
 Et nos sydereos nuper calcauimus orbes,  
 Non tamen has terras, non hac ad limina moti  
 Venimus, ut legum per nos destructa nouentur  
 Dogmata, & cuersum pereat moderamen auorum:  
 Omnia quin potius stabilita implebimus ultrò,  
 Nec minimus radetur apex, dum extremaruenti  
 Fatæ superueniant mundo, in cineresq; residat,  
 Quæ stat compositis pulcherrima machina rebus.  
 Si mandata igitur quisquam neglexerit isthac,  
 Imbueritq; alijs persuasum legibus orbem,  
 Ille choros Diuum minimus numerabitur inter,  
 Et feret angustum, clarum sup aethera, nomen.  
 Cuncta sed obseruans studio precepta fideli,  
 Dignior aethereæ scandet super ardua sedis.  
 Dico equidem, nisi vestra fides melioraq; facta,  
 Vrbis transcendant proceres, Solymosq; scholarchas  
 Iusti-

Justitia superante, astris cœloq; carentes  
 Nulla supernarum capietis gaudia rerum.  
 Praeceptum Hebreis at auis meminisse potestis,  
 Nememore humano se sanguine polluat alter,  
 Incumbatq; neci: ferro nam vindice pœnas  
 Multatus dabit, & capitè luet acta, reciso.  
 Ultrà ego præcipio, ne quis furialibus actus  
 Irarum stimulis, fratri succenseat osor;  
 Indice namq; reus pœnas vltore rependet.  
 Ardeat aternum, stolidi qui nomen eidem  
 Imprimit, & stygios damnatus perferat ignes.  
 Ergò offerre voles quando Liturgica Diuīs  
 Munera, & in fratrem commissa priora recurrat,  
 Antè reconciliatus abi, veniamq; precare;  
 Inde redi, & positis, venerare altaria, donis,  
 Fortè inimica malorabies sub pectore sauit,  
 Dum frustrà immeritum stolidus contemnis amicū;  
 I citò & irarum oblitus captiq; furoris,  
 Exime liuentes stimulos, teq; obuius illi  
 Insinua, dum vita manet corpusq; superstes,  
 Netua ad excelsum fassus delicta, tribunal  
 Fortè catenatus nigra immergaris abyso  
 Carceris, extremum donec numeraueris assēm.

DE

## DE VITANDO ADVLTERIO.

**V**LLVS adulterio (sicut lex prisca ferebat)  
 Polluat alterius thalamos, castumq; cu-  
 bile.

Quin nec facta animo voluens obscura salaci  
 Conceptuq; fruens solo, impunitus abibit.  
 Sapientia opposita oblectatus imagine visus,  
 Ingerit occultam, caca in præcordia, pestem:  
 Sapè haurit flammas, dextra alliciente, libido  
 Fœmineouē manus tactu inuitata, furorem,  
 Seminat infastum, & tepido bibit osse medullam.  
 Vtlius fuerit, peccati fomite membro  
 Protinus abscisso, pœnarum euadere leges,  
 Et tutum inferni contemnere carceris ignem,  
 Integra perpetuis quām corpora perdere flammis:  
 Erueratrices scelerum, & procul abiçe partes.

DIVORTIVM VETITVM, NISI  
 ACCEDAT PROBABLIS ADVL-

terij suspicio.

**L**VRIMA in uxores cōcessa licentia priscis,  
 Et quoniam potuit consortem iure maritus

H

Arce-

Arcere, oblati testatus pacta libello  
 Irrita, sed temerè illicitum connubia rumpi  
 Nec fas; pollutis signum nisi clarus adsit  
 Fœderis, atq; incesta Venus libarit amores:  
 Cui quicunq; aliis lecti commercia iungit,  
 Nem petrahet similes maculas, infamis adulter.



## DE CAVENDA BLASPHEMIA.

**D**RÆTEREA legem patrum sanxere priores,  
 Ne vomat audaci quisquā piuria lingua,  
 Sacrilegaué Deos blasphem⁹ voce lacestat:  
 Sed nec fas homini iurare p omne, quod usquam est,  
 Non per sydereas arces, & Olympica regna,  
 Terrarumq; globum, Solyma aut p mœnia sedis:  
 Astra Deo solum, tellus subsellia prabet,  
 Vrbsq; lares patrios, cunctorum iura tenenti.  
 Nec caput in proprium vanus iurare memento,  
 Nulla tibi quoniam capitis concessa potestas,  
 Nec potes inverso crinem mutare colore,  
 Albus ut exuto iussus candore nigrescat,  
 Sive alium inficiat, posita nigredine, candor.  
 Quilibet ergo probet verbo rem simplice veram,  
 Quilibet ergo neget verbo rem simplice falsam.

DE

 DE SUSPENDENDA VINDI,  
 CTA, ET STUDIO PATIENTIÆ  
 amplectendo.

**D**ERVVLGATA etiam Iuris cautela vetusti  
 est,  
 Cedere cadetem atq; infligere mutua suadēs  
 Vulnera. Sed melior semper patientia virtus.  
 Quin si dextram aliquis maxillam verberet hostis,  
 Ille etiam infligat colaphum, permitte, sinistra:  
 Si tunica spoliat, pallam fer, ut exuat idem.  
 Nec te difficilem comitem prabeto roganti,  
 Censuramq; via duplicatis passibus aqua.  
 Sint faciles addona manus, sit prompta voluntas  
 Sorte laboranti misera, & succurrere pressis,  
 Mutuaq; orantem non auferris amicum.  
 Nec magis inuidia sectabere acerbam inantem  
 Hostilesq; preces inimicaj; vota repelles,  
 Quam tibi non fictum, longo qui fædere, seruat  
 Nomen amicitia, & stabili calet intus amore.

Fortè execratus Diris te deuouet alter,  
 Inq; caput stygias, feralia numina, pestes  
 Aduocat; obfesso furijs, meliora precare:  
 Sic tua mox hominem mortalem exuta propago,

H 2

Pro-

Protinus in cœli stirpem immortalis abibit,  
 Atq; erit aeterno similis, cum laude, parenti;  
 Cuius ad imperium nulli sua lumina Phœbus  
 Denegat, & terras communi temperat igne.  
 Ventus agit pluuias aequali sorte cadentes  
 In iustis iustisq; simul, reprobrisq; bonisq;  
 Nam tibi quod simili meritos deuincis amore  
 Et consanguineis gradibus patrioq; propinquos  
 Semine, quid tandem laudis fructusq; meretur?  
 Nonné illud faciunt, larua qui fusilis auro  
 Fictilibusq; litant Diuis? Martiq; Iouiq;  
 Et Veneri, centumq; alijs? non mutuus illos  
 Dicit amor, stabiliq; vice amplectuntur amantes?  
 Amplior in cœlo merces & præmia vobis  
 Expectanda manent maiora, ubi facta parentem  
 Äquabunt, numero qui perfectissimus omni.



## DE ELEEMOSYNIS, ORATIO NIBVS ET IEIVNIIS, IN ANIQE IN meritorij actionibus ostentatione vitanda.

**S** Itua distribuens, quicquam largiris egeno,  
 Factacitus, nec erat sonitu prænuncia bu-  
 xus

Per

Per vicos latè increpitans & compita laudes:  
 Nulla reportabit virtutis hypocrita vana  
 Præmia, nec celso dignus reputabitur axe.  
 Dextra quod expendit, palmus non nouerit alter,  
 Cunctaq; in occulto miseris inglorius offer.  
 Sunt qui conspicui turbis adstantibus orant,  
 Nec quicquam tumidis fundentes murmura buccis;  
 Vota sed illorum auersa Devs accipit aure,  
 Contemnitq; preces, & inania verba rogantum.  
 Si vis, gratus eat celsum ut super athera clamor,  
 Transcendantq; tua, nubes ac sydera, voces,  
 Solus abi, in clausum tacitus descende cubile,  
 Ut brevis omnipotens numen veneratus honores.  
 Non decet orantem longis ambagibus uti,  
 Quales sc̄tilium miratrix turba Deorum  
 Vanis accumulat linguis, frustraq; fatigat  
 Marmoreas formas prece, dum sic fictile credit  
 Multiuijs lignum placatum vocibus iri.  
 Ergo rogaturi, sic acclamate Tonantem.  
 Summe Pater, celsi qui habitas templa aurea mudi,  
 Grata tuum in terris celebret reverentia nomen;  
 Etheris in partem, mortali corpore funtos  
 Accipe, & adueniat stellarum regia nobis:  
 Cuncta sub arbitrium revocans divina voluntas

H 3

Diri-

Dirigat, astriferos subterq; superq; penates.  
 Dona laborata Cereris, victusq; diurnos  
 Nunquam corporeis subtractos usibus aufer,  
 Peccantesq; tuas si quo irritauimus iras  
 Crimine, iam pœnam oblitus, peccata remitte,  
 Sicut & aduersos venia dignabimur ultrò,  
 Factaq; perpetuò immemorata inimica iacebunt.  
 Destruere Tartareos cuneos, stygiamq; phalangem,  
 Ne quid in incertos moliri callida perget  
 Dam obiecta errorum captarit imagine lusos.  
 Laudat & omnipotens vacuitetum ventris,  
 Frugalesq; dies, solitoq; carentia victu  
 Tempora, ubi obiecto laruatus hypocrita vultu  
 Nullus inest, nec vana opus ostentatio tollit.  
 Illi detracto euacuant sapè ilia fructu,  
 Et laudum solo pascuntur odore; per unctus  
 Sed tu Palladio, circum caua tempora, succo,  
 Et faciem ablatus latice & fluminalibus undis,  
 Fac opera hac, stolida ut maneant abscondita plebi.  
 Sat tibi, si genitor cordis penetralia noscat.  
 Et facto intentus meritum tribuendo rependat.

EGAMDE  
EGUVDE

DE

DE PERNICIOSA PHILARGY-  
 RIA, THESAVRORVMQVE ABSCON-  
 dendorum inani studio.

**E**t ibi thesauros terrarum in viscera, aua-  
 rus  
**I**n fode: quid cumuli nummorum, atq; au-  
 rea prosum  
 Pondera? & argenti simulachra impressa metallo?  
 Hactineas pascunt, audiisque minuta vorantur  
 Vermibus, & vigili præbent sua commoda furi.  
 Tutiū astra super rerum condentur acerui,  
 Quos ibi nulla auido rodunt animalia dente,  
 Nec spolia auriuorus circumstat ditia prado.  
 Nempe ubi depositum est, animus comitabitur usq;  
 Divitijs inhians. oculus velut apta lucerna est  
 Corporis: huic acie obtusa si visus hebescat,  
 Totum etiam obscura premitur caligine corpus,  
 In tenebrisq; iacet: si forma potentior insit,  
 Cuncta simul largo clarescant lumine membra.  
 Lumen in obscuras quod si conuertitur umbras,  
 Hen quis demum inerit stygijs in noctibus horror?  
 Ecquis ad imperium dominorum aduersa iuben-  
 tum

Pra-

Præstò erit, & subiectus hero parebit utriq;?  
 Non fuet ad placitum amborum obsequiosa vo-  
 luntas,  
 Nec paribus studijs contraria iussa faceſſet.  
 Difficilè aſtrorum Domino umbrarumq; potenti  
 Inſeruire ſimul, quoniam mortalia corda  
 In diuera trahunt, & habent contraria iura.  
 Ergò humiles quid cura animos, præuiſaq; vita  
 Còmoda ſolicitant? nunquid ſi hodierna minifret  
 Opportuna dies, ſat erit? quid auara futuris  
 Spes inhibat rebus? parto nec vota quiescunt?  
 Cernite que leuibus rapiunt corpuscula pennis  
 Aëris inuecta ſpatium per inane volucres,  
 Ut ſua ſecuro inquirant alimenta labore:  
 Non ſubigunt pingues depresso vomere campos,  
 Semina nec terris mandant, nec falce recidunt;  
 Non tamen impasta viuunt, nec inania geſtant,  
 Guttura, at ingenti rerum potiuntur aceruo.  
 Quando excellit homo præpes genus omne volantū?  
 Partem habet ē cælo: & Diui cœleſtia curant,  
 Amplius, & nunquam votum auerſantur inane.  
 Nemo ſibi, aſiduis quamuis conatibus inſtet,  
 Ipſe breuem palmum, ſtatura ingentior, addet.  
 Aſpice arboreasq; comas, frondesq; virentes,

Et

Et quaſtant medijs candentia lilia pratis,  
 Vt nunquam duri validos experta ligones  
 Agricola appositum referant veſtit a colore,  
 Quondam Ephratae que etiam cultura nepotis  
 Defuit, Aſyrio quamuis fucatus abeno  
 Maximus Hebreas moderator rexerit urbes.  
 Quòd ſi prata etiam tantis ornata videntur  
 Dotibus, & virides decorat ſua gratia campos,  
 Vſq; futurarum quid diffidentia rerum  
 Mente agit, atq; adeò veniente fatiſcit is eſca?  
 Hoc faciunt, quos falſa Deūm præſtigia ludunt,  
 Mutaq; ſiſtilium exercent idola penatum.  
 At pater in cælis, nunquam rerum indiga præſens  
 Corpora deſtituit, riſitq; oblitus egentem.  
 Itē modò, & ſuperum aspirate ante omnia regno  
 Mansurisq; opibus, cæli quibus affluit aurēa  
 Insula: tunc pleno ſuperabit copia cornu.



## DE FUGIENDO PRÆCIPITI ET INCONSIDERATO IV DICIO. MATTH.

7. Luca 6.

**N**epræceps malefacta hominum ſententia  
 damnet.

30

I

Indi.

Iudicio simili quoniam multabitur ille  
 Quicunq<sup>z</sup> exitium alterius temerarius urget,  
 Pœnarumq<sup>z</sup> reum lat<sup>o</sup> pronunciat ore,  
 Semper in auctorem fraudis mensura redundat,  
 Artificemq<sup>z</sup> dolus sequitur: ne decipe quenquam,  
 Cuncta olim numero nam mensurabit eodem,  
 Equali<sup>z</sup> Deus librabit facta bilance.  
 Stulte quid exploras rigidus non propria censor  
 Flagitia, oblitusq<sup>z</sup> tui vitia altera carpis?  
 Quin age, & ante grauem, qua oculos premit, exi-  
 memolem,  
 Ipse tibi, & speculo te contemplatus aperto,  
 Dilue inherentes maculas: aliena subinde  
 Corrige, & externas sordes, iam mundior, aufer  
 Quid sanctum est, vanos nunquam vertatur in-  
 us,  
 Appositumq<sup>z</sup> canes pascat; nec calceteratur  
 Merdiuori bifido porci, thesaurus. Eoz  
 Gurgitis, aut pelagi prædines galba rubentis.  
 Ille luto immersam, quam triuerat ungula, Iaspim  
 Deseret, ac pando urgebit tua corpora morsu.



\* \* \* \* \*  
 DE IMPLOРАTIONE DIVINI  
 AVXILII: ITEM DE DVPLICI PORTA, QVA-  
 rum vna ad vitam, altera ad interitum dicit.  
 Matth. 7. Luc. 6. & 13.

 MNIPOTENS genitor vobis nihil abnuit  
 usquam;  
 Implorate modò, & sincero pectore vota  
 Fundite: poscenti dabitur, quæsita tenet;  
 Pulsataq<sup>z</sup> fores, intrò pendentur eunti.  
 Quis vestrum, si quādo tener panem exigat infans,  
 Offeret orantilapidem, aut pro pisce colubrum?  
 Nostis enim (quanguam peruersus inharet error)  
 Indigatorum qua vita alimenta requirat.  
 Non minùs, astra pater celeri vertigine volvens,  
 Defectus nouit, semperq<sup>z</sup> ad vota petentis  
 Improvisus adest, nec surda respuit aure.  
 Porta alia, atq<sup>z</sup> alia, aut cœlos, aut Tartara  
 pandit.

Fas intrare homini utravis; spatioſa ſub umbras  
 Dicit; at Elysias, captu qua angustior, arces  
 Monſtrat, & ingressos alto transmittit Olympo.  
 Nulla illic ſperanda ſalut: hic diuite vena  
 Cuncta fluit meliora, & abundat grata voluptas.

DE EVITATIONE MALI CONSORTII, AB EXEMPLO PSEUDOPROphetatum.

**E**rnitur ire frequens, titulos mentit a superbos  
Turbavirum, nuncis quorū spectabile willis  
Corpus, ouem simulat: referunt astuta rapa-  
Corda lupos, diraqꝫ habitant sub pectore fraudes. (ces  
Vocum blanditas, fucataqꝫ verba cauete,  
Non veniunt sine clade etenim, quandoqꝫ putantur  
Posse nocere minus, pestem usqꝫ in viscera mittunt.  
Per facilē ipsorum cuiquam natura patebit,  
Fructibus inspectis operum. Quis mollia vidit  
Poma legi è tribulis? an ficos protulit asper  
Carduus, aut grauidas sylvestria germina botross?  
Sic stirpem fœtura putrem generosaqꝫ prodit  
Stemmati, è ex fructu quovis cognoscitur arbor.  
Putrida quin subito valida percussa bipenni  
Caditur, è vasto latè sola robore pulsat,  
Flammarumqꝫ auido, iam fissa, voratur ab igne.  
Non me verba hominum semper blandita moue-  
Nec capient tituli venerandaqꝫ nomina cœlos: (bunt,  
Iure merebuntur stellata sedilia soli,  
Qui factis mandata patris melioribus implent.

Ultima

Vltima flagranti venient cum incendia mundo,  
Et sua quemqꝫ operum merces suprema sequetur.  
Multi aderunt è verba isthac, me iudice, fundent:  
Omnipotens rerum dominator è arbiter: ecce  
Numinis instinctu atqꝫ aura virtute potentis  
Plurima fatidico ventura expressimus ore,  
Vitalis dum membra calor compacta fouebat.  
Jus fuit in stygium vulgus, manesqꝫ silentum,  
Corpore ab obesse in ventos abière fugati.  
Soluimus innumeris ijdem languoribus agros,  
Et reparata suas hauserunt robora vires;  
Ac maiora etiam diuino numine fulti  
Præstimus, pulchram meriti cum laude coronam;  
Redde modò, atqꝫ astris dignos cœloqꝫ recepta.  
His ego tunc breuiter, solio subnixus eburno,  
Institiam exercens, nigras portanda sub umbras  
Dicta dabo, è patria excluða indignatus ab arce,  
Dispereat qui facta illex operatur iniqua.

Verū alacri studio quisquis mea verba sequetur,  
Ille viro similis, solidi qui robore saxi  
Mcurorum fundauit opus, fulsitqꝫ vetusto  
Marmore surgentem, spatiosa per ardua, molem:  
Quam negqꝫ ventorum euertent immania flabra,  
Nectorrentis aqua, aut lapidosæ grandinis imber,

I 3

Cùm

Cum totus densos in nimbos liquitur aether,  
 Austrorumq; furor madidis circumfremit alis.  
 Insuper, aduersus nostris qui vocibus obstat,  
 Par erit, instabili qui arcis fundamine fulta  
 Extruit in sicco lapsuras puluere sedes,  
 Et ruitura breui ventorum turbine quouis  
 Incaſsum aërea aduoluit surgentia nubi  
 Culmina, quin ipsis quandoq; illuditur orſis,  
 Ingentiq; domus rima conuulta fatiscit.

## ECCLÆSIA MILITANTIS DE CVRATO LEPROSO, ET PA- RALYTICO CENTVRIONIS SERVO.

Matth. 8. Marc. 1. Luc. 5. & 7.

 *Ec* ubi finierat, scopulo descendit ab alto  
 Applausu exceptus vulgi, latog; fauore.  
*N*ondum contigerat vallis conuexa su-  
 prema,

Cum medio è numero vox exaudita precantis  
 Insonuit: miserere pater Dauidica proles,  
 Et fœdam infecto, quoniam potes, exime lepram,  
 Corpore: nam viru superante, modo ima perrat  
 Viscera, & infaustis depascitur illia flammis.  
 Constitit ad clamorem, hominum seruator IESVS,

Pro-

Protentaq; manu iuuensem tactuq; potente  
 Recreat, & posita ſopit prurigine peftem,  
 Actacito ſimul ore premi miracula mandat,  
 Luſtratumq; ſacris venerari altaria donis.

Digredienti illinc, ſupplex ſeſe admouet alter,  
 Ante pedes projectus humi, & ſic voce precatur:  
 Diue potens, (tibi notū etenim, quām infesta parafis  
 Occupet inualiidi languentia corpora ſerui)  
 Diue ades, immenſumq; agro mox inſere numen;  
 Non tamen hofpitium ut ſubeas, vel teſta requiro;  
 Sufficit inſirmo absentis nam ſola voluntas,  
 Solaq; prolati diuina potentia verbi.  
 Sic verbo affuetus pagit ſua munera miles,  
 Et ſequitur, Domini quicquid vox imperat, ultrò.  
 Ille admiratus fidei tam grande vigentis  
 Robur, ait, per multi equidem egredientur Eoo  
 Cardine, & aquoreis quā Sol ſubmergitur undis,  
 Antiquos inter permifti Heroas, auosq;  
 Isacum & Isaciden, quiq; bis grandior, Abram,  
 Aetheris euecti in ſolium, magnosq; penates  
 Cælicolum, exclusos quando ultima pena ſequetur  
 Confortes regni, Hebrae de stirpe nepotes.  
 Tunc ſua deflebunt ſerò fata aspera iniqui,  
 Et late ingenti complebunt Tartara planctu.

Suppli-

Supplicis ad vocem posthac conuersus abire  
Hortatur maiore animo, votisq; potitum  
Innuit. Hic primū omnipotenti numinis aura  
Afflatus, strato exiluit, positoq; stupore  
Membrorum, erectis incessit passibns ager.

**SOCRVS PETRI EX FEBRE CON-**  
**VALESIT: SÆVENTIS PELAGITVR**  
bo, imperante Saluatore, sistitur. Matth. 8.

Marc. 1. Lucae. 4.

**E**SPERVS obscura nocti iam prauius ibat,  
Concessitq; vices Phœbus, franumq; sorori,  
Lassa refecturus nō longo membra sopore,  
Ad Petrum diuertit herus, pressamq; repartam  
Febre socrum, erexit tactus virtute potentis,  
Abstergitq; luem infirma, redijtq; genarum  
Qui fuit antè tumor, gelidus tremor ossa reliquit,  
Pallidus ora color. Longa quæ viscerator sit  
Flamma siti, extincto saturata calore quieuit:  
Frigora nec tantum urebant, potuitq; videri  
Hybernis erepta vndis, erepta camino.  
Quiq; cibi solo offendit nidore solebat  
Venter iners, avido glutinuit fercula morsu,  
Incoctumq; nihil stomachus reiecit, ut antè.

Post-

Postquā operū monitrix stellas Aurora fugasset,  
In pelagus celerem iussit deducere nauim,  
Velorumq; sinus aura laxa referenti.  
Ipse ratem ascendit primus, cursumq; secundans,  
Lenes inflavit Zephyros, placidumq; per aquor  
Strauit iter, medium donec tenuere pfundum.  
Tunc subito inuersum vento mare, & ima supremis  
Flumina fluminibus, stridens immane procella  
Mescuit, & lateri insurgens illisit utriq;  
Certatim incumbunt iuvenes, libratq; tollunt  
Brachia, & iratum remorum verbere stringunt,  
Ingenti nisu pelagus, viresq; fatigant.  
It clamor pariter cœlo: vox icta resultat  
Littore ab aduerso, lateq; reciproca pontum  
Verberat. Interea placiidi per corpora somni  
Gratam instillabant noctem fususq; iacebat  
Transtra super:comitum sed deplorata soporem,  
Excusit fortuna Deo, magnoq; furentes  
Numine compressit fluctus, ventosaq; flabra.  
Tum sensim infusa, tranquilla p aquora, pace,  
Lucebant tacito pacati in littore fluctus,  
Languebatq; fretum, donec religata carina  
Iam fines ingressa stetit Gerasenidos ora.

**IN FINIBVS GER A SENORVM,  
EXPVLSI AB HOMINIBVS DOEMO.**

nes in porcos abierunt. Matth: 8.

Marci. 5. Lucae. 8.

**I**c subitò è sylvis, stygia correptus Erim-  
ny,  
Procedit iuuenis, supplexq; ad littora tèdit.  
Respiuunt; dira illuuios, miserandaq; vultu  
Apparet noua forma hominis, cui sentibus asper  
Intortis vestitus erat, multoq; reuinctum  
Vepre caput, fluidisq; caput deforme capillis.  
Sapè (quod Heroi memorabant postmodò ciues)  
Deprensus medijs, supra ipsa cadauera, bustis  
Stertere, & humanis ventos aurasq; ferire  
Ossibus, ac tetis rabidus baccharier aruis.  
Sapè domum, injecto prægrandi fune, retractus  
Excusis fugit manicis & compede fracta,  
Dispulit ingentes, ceu stupea fila, catenas.  
Isq; ubi coelestes habitus & numina sensit,  
(Numina senserunt etenim qua immersa latebant  
Agmina, Tartarea pestes, immania monstra)  
Dixit, & horribili implerunt concussa boatu

Litto-

Littora, Cocyti proceres, distorta mouentes  
Labra viro, & grandi impellentes organa voce:  
Aude, insta, obiurga, incassum Galilæ laboras;  
Non hac præfinita dies, nondum ultima venit  
Hora, ut deturbemur abhinc; secreta quiescant,  
Murmura, nec placidos verborū spicula, in hostes  
Forti exorcismo intorque; non cedimus ultrò,  
Quicquid agas: captam egregiè tutabimur arcem.  
Sin aduersa cadet, nutu superante Deorum,  
Alea, & infenso extrudemur murmure vieti,  
Hoc sat exit munus saltem à victore tulisse,  
Intrare impunè hos, qui verrunt pascua, porcos:  
Sic quoq; conceptum dabitur sedare furorem.

Hic ille impressit iaculum, verboq; potenti  
Inuictum exeruit robur, stygia agmina quassans.  
Humano egressa hospitio in grege mersa resedit  
Nil phibente DEO, & longas exercuit iras  
Sauphalanx, latis fertur pecus efferâ campis,  
Et frendens diris auras grunnitibus implet:  
Donec in aquorea, Furijs urgentibus, unda  
Mortifero inclusum euomuit cacodamona potu,  
Mersaq; præcipiti saturauit morte furorem.



K 2

DE

**DE CVRATO PARALYTICO,**  
ET ELECTIS MATTHÆO ET PHILIP-  
POAD APOSTOLATUM. Matth. 9. Marc. 2.  
Luc. 5. Item de conuersione Na-  
thanaëlis. Ioan. 1.

NTEREA celeri, tranquilla p aquora, lin-  
thre  
Deflexit retrò cursum, spirantibus Euris,  
Adductumq; sibi, membris torpentibus, agrum  
In ripa ulteriora, choro stipante frequenti,  
Sic consolatus monuit. Confide, fatebor  
Namq; tibi grandis scelerum donabitur error,  
Patratumq; nefas quoduis obliuia tollent.  
Impia sacrilego nunquid blasphemia verba  
Prodita? quid vita promissa piacula rides?  
(Circumstans risit promissa piacula turba)  
Carpis & exiguo platam ut pondere vocem?  
Ægrius an veniam factis spondemus iniquiss?  
An neruos membro firmataq; robora inertis?  
Res probet, euentusq; fidem sermonibus addat,  
Dixit, & oblato iuueni contracta resoluit  
Membra pedum, & potuit reparato incidere gressu.  
Hinc fraudum artifices adiit, mediumq; repertū,

Cen-

Census tractantem aquoreos fallaxq; tributum,  
Affatus placida Matthæum voce vocabat.  
Ille Telonea mensa aspernatus auara  
Munia, diuinis iussis tunc paruit ultrò.  
Sorte pari, ingressus Galilæa rura, Philippum  
Offendens, facilem comitem in consortia traxit.  
Cui quoq; Nathanaël, cum absentem accerseret,  
agrè

Assensus primùm, fraternaq; dicta retrectans  
Ibo inquit, speciemq; viri moresq; notabo,  
Dum suades; fors ipsa etiam dubitatio mentis  
Viso emanescet vate, & meliora redibunt,  
Sensa animo: His dictis una graduntur eentes,  
Acceduntq; DEV M, quibus hac mox intulit ille.  
Verè o Nathanaël, verè in te conscientia mens est  
Virtutum, laudisq; capax, fraudesq; perosa.  
Et quicquam ignotum Superis? mirabere nobis  
Scilicet unde tui generis, vitaq; statusq;  
Notitia, unde tui veniat mihi nominis usus?  
Vidimus, & facies illa de fronde patebat.

Ille sub hac pauido respondit talia sensu:  
Magna DEI soboles, terrarum inuictæ Monarcha:  
Israelis tibi iura equidem debentur, & orbis  
Sceptra tenes: tibi seruit humus, tibi militat aether:

K 3

Tu

Tu exspectata salus populi, vitaq; repertor;  
Prisca prophetarum, de quo monumenta locuta  
Legimus, & sancti præclaræ volumina Mosis.  
Hoc video, hoc fateor, sic mens, sic credula sentit  
Lingua, nec ambiguis inuoluor, ut antè figuris.

Cui vates iterum: fælix quitalia credis  
Tempus erit, cùm ad aperta alti penetralia cœli  
Cernere erit, volucresq; illinc descendere turmas,  
Inq; ministerium nobis cœlestibus ire  
Imperijs, denostipantes agmine circum.

CHRISTVS OMNIPOTENTIAM  
SVAM MIRACULOSA AQVÆ IN VINVM  
conuersione manifestat. Ioan. 2.

**D**I X I R, & inde brevis spatio per agranda via-  
rum.  
**D**ux Arua Chana ingressus: iam facta crepu-  
scula terris,  
Et vespertinos accendit Phosphorus ignes.  
Fortè ibi casta aderat, diuina puerpera, virgo  
Aduentum expectans Gnat, comitesq; ministros  
Pacta inuitatos veteri ad sponsalia ritu.  
Iamq; rubescet tenebris Aurora fugatis,

Pro-

Processitq; dies: multo instaurantur honore  
Prandia, & instructis redolent coniuicia mensis.  
Interea exhausto languebat gratia vino,  
Poculaq; absorpto stabant siccata liquore:  
Nympha quod aduertens, lateri que proxima sedet,  
Natum ipsa admonuit tacite, ut miseratus egen-  
tum

Latitia causam reparat: cui talia contrà:  
Importuna mones mulier: sat commoda nondum,  
Hora equidem, at hereis signis: ut fæder a firmem,  
I tamen & famulum accerse huc, qui fluminis ur-  
nam  
Inferat, atq; foris fontanas hauriat undas.

Saxe a fortè aderant grandi Carchesia mole  
Bis tria, qua ternis constabunt singula metris.  
Ergò abit accitus iuuenis, salientia promit  
Flumina, & è scatebris vrnas fluuialibus implet,  
Implet asq; refert, gratum miratus odorem  
Et plus fontano spumantes munere succos,  
Quos ubi libato Oeconomus gustauerat haustus,  
Inscius in latices, undas migrasse, falernos,  
Exprobrat iratus facti consulta sinistri,  
Et duro incessit sponsum sermone, quod usq;  
Expressos meliore vua seruauerit haustus,

Cine

Cum, quod deterius saturo apposuisse bibenti,  
Caepaqz, delecto, præstet, coniuia potu.

Hic primum ingenti, diuina potentia, signo  
Fulgit, & illustris Galilæa per oppida virtus.



PROFANA VSVRARVM AC MER-  
CIVM PROPOLIA A TEMPLORVM ADYTIS  
longè arcenda, profligatis istiusmodi hominum commer-  
cijs, manifesto exemplo edocuit. Matth. 21. Mar-  
ci 11. Lucæ 19. Ioan. 2.

**S**CENDERE debinc Solymam; paschalibus  
ibat. (umpho,  
Pompis sacra dies, celebri peragenda tri-  
Latitia in signum veteris, dum excussa Tyranni  
Niliaci imperia & Pharios meminere labores.  
Atria feruebant longo Mosea tumultu.  
Armentisqz fore stipata, impulsa replerunt  
Limina mugitu horribili, vastoqz fragore:  
Vnde iratus herus, torto defune flagellum  
Complicuit, sacraqz viros turbauit ab arce,  
Sauos ingeminans ictus, repetitaqz tergo  
Verbera, subuersis ab acis sparsaqz metallo,  
Hacqz ait, Ite viri procul hinc, procul ite profani.

Non

Non hac forte Devs colitur, sic debita Divis  
Solutis? hic candor voti? hac reverentia legum?  
Tantus honor cœlo? sic aspiratis ad astra?

Illi indignantes, verborum fulmina in ipsum  
Intorquent audè bacchata mente furentes:  
Quò te vana adigit mentito audacia patre?  
Exerce si numen habes: aut quò usqz feremus  
Fastum animis? non illa Deo, qua stemmata iactas,  
Agnata accipimus; non hac primordia stirpis:  
Non ea maiestas: cœlo venisse putemus  
Scilicet, è fabro quem fœmina paupere pauper  
Conceptum peperit: qua mentem insania versat?  
Pone supercilium & fastus compescere superbos.  
Quale illud tandem, quod nunc iactare solebas?  
Annorum constructa nouem qua machina lustris  
Stat modo, tenet trium spatio renouare dierum  
Posse putas? nimiumqz breui molimine fultam  
Condere? Rectè inquit, manibus templi ardua mo-  
Corruat hac vestris, triduo reparata perinde (les  
Stabit, & antiquum robur compacta resumet:  
(Quæ verba obscuro detecta enigmate, primum  
Cùm terno post fatidie rediunius aperto  
Emicuit tumulo, verè intellecta patebant.)  
Dixit, & eripuit se, tacitusqz recessit.

L

DO.

**DOCTRINA CHRISTI, DE MYSTERO REGENERATIONIS PER BAPTISMVM**

Saluandis necessarium. Ioannis. 3.

**D**RIMATES Solymos, magni vir nominis,  
inter,  
Nocte sub obscurata citis Heroa secutus  
Gressibus, intrepidus mentem, Nicodemus adibat  
Multaq; dissimulans, ecquis miracula, dixit  
Dine tua humanis nequaquam viribus & qua  
Rideat, & ductum insanus tibi deneget alto  
Immortale genus calo? non ista mouebit  
Signa aliis, nisi quem diuina potentia fulcit:  
Nouimus, & totam miramur facta per urbem,  
Nuper ut exhaustos, publico de fonte, liquores  
Pampineum in laticem & succos conuerteris vua;  
Nouimus, & fama hac longo celebrabitur aro.  
Cui Diuus: si cura tibi super ardua tolli  
Siderei conuexa poli, & transcendere nubes,  
Regna beatorum ut teneas post fata superstes,  
Spes fallet frustrata animos, ni ad prima regressus  
Nascendo vita repetas exordia rursum.  
Obstupuit, verbiq; diu mysteria voluens,

Res

Res est obscuris perplexa ambagibus, inquit:  
Qua via, quaratio, qua me argumenta decebant?  
Corpora materna (infandum) claudenda sub alio  
Nata semel, ventrisq; iterum penetrabilibus arcte  
Obstrui, ut inde leues demum ingrediatur in auras.

Iesu hac contrà: liquido nisi flumine tinctus  
Hauserit at bereos flatus, nunquam alta videbit  
Atria cœlicolum quisquam: de carne quod exit  
Fit caro, formaturq; aliud de corpore corpus:  
Sic incorporeo semper de flamine, flamen  
Nascitur, & similem generat sibi spiritus auram,  
Spiritus omnipatens, terras, cœlum, aquora, longa  
Circuitu amplexus, cuius quacunq; volantis  
Vox expressa sonat, patulaq; insibilat auri;  
Et tamen incertum est, mundi à quo cardine mota,  
Quamq; illa in partem, spirantia flabra recedant..  
Sic iterum Hebreus, nondum hac intelligo, dixit,  
Tantaq; in accessos fugiunt mysteria sensus.  
Ut quid inani igitur titulo non digne superbis?  
Quid te falsa iuvant mendaci numina fastu  
Ingeniumq; tumens? I nunc, subtilis habet or  
Cui hac obscura manent, hebetiq; recondita sensu.  
Alta supernarum sita mysteria rerum  
Erudians, formasq; Deum & vim simplicis aura,

L 2

Heb

Heu quibus obseptus spinis, qua mersus abyssō,  
 Per Labyrinthāos, hinc inde reciprocus, orbes  
 Errabis longūm, eō dubio eluctabere gressu?  
 Aurea syderibus nemo fulgentibus arua  
 Incolet, eō celum innectus continget Olympum,  
 Aurea syderibus nisi qui fulgentibus arua  
 Liquit, eō excelsō elapsus descendit Olympo,  
 Filius ipse hominis, quem alti super ardua mundi  
 Erectum quondam tolli in sublime necesse est,  
 (Qualis in anguifera Moysi sublatus eremo  
 Æreus in lignum coluber vel abenea serpens)  
 Ut diffusa salus illo de fonte redundet  
 In mortale genus, nec quenquam inferna vorago  
 Deuoret absorptum, firmis qui assensibus illi  
 Constantiō fide accedet meliora monenti.



IESVS TRANSITVRVS PER SA-  
 MARIAM IN GALILÆAM, CVM MULIERE  
 Samaritana ad puteū Jacob disputat in ab-  
 sentia discipulorum. Ioan. 4.

**D**OCTERA lux aderat; Solyma qua Christus  
 ab urbe, (terram,  
 Per medium instaurabat iter Samaritida  
 Sicha-

Sicharaq̄ aduenit, latis ubi pradīa campis,  
 Atq̄ ingens puteus liquida gelidissimus unda,  
 Longaui monimenta Iacob, patrumq̄ priorum.  
 Sexta q̄ ab exortu instabat solaribus hora  
 Vecta rotis, cùm haustura undas Samarita puella  
 Mænibus egressa est: dextra grauis urna pependit,  
 Qua mox in fundum longo dependula fune  
 Descendens, capto rediit completa liquore.  
 Vnde Devs, placido lympham sermone poposcit.  
 Quam renuens mulier, nunquid commercia, dixit  
 ( Arguit Hebraum quoniam te fimbria ) fecit  
 Nobiscum Hebraorum aliquis? non patria iura id,  
 Non genit ac mores prohibent? desiste precare.  
 Quod tribuisse nefas. Qui sim si, fœmina, nosse,  
 Non inuita dares equidem, Nazārius inquit:  
 Nam mihi sunt fontes viii, sunt flumina viii,  
 Quasi vel modicis sorberes hausta labellis,  
 Perpetuò satira esse queas, vitaq̄ frueris  
 Fontibus aeterna, eō dono vitalis aquai.  
 Illa sub hac: Foue & sinuosa foramina biantis  
 Aspice, ut immensis adaperta vorago fatiscat  
 Faucibus, apta tamen qua undas trahat, amphora  
 nusquam:  
 Vnum age fare mihi, atq̄ orsis deflecte parumper,

Cum pacem oratum, proauorum et ate, frequentes  
 Proxima vicini intrarint fastigia montis,  
 Grato assertorem celebrantes carmine Regem,  
 Postquam promissa tandem tellure potiti,  
 Dura euaserunt Lagidas post fata tyrannos.  
 Posterior laudes also cur transtulit atas,  
 Iamq; Sionaa absoluuit sua vota sub arce?  
 Cui Devs: incipient raptim labentibus annis  
 (Nererum mirare vices) languere Deorum  
 Cultus, & vacua stabunt sine honoribus ara.  
 Ipsa etiam at hereis depasta litamina flammis  
 Sordebunt cœlo quondam, nec ab axe favoris  
 Signa dabit pater, ingratum aspernatus honorem.  
 In cineres delubra cadent, stolidoq; carebit  
 Vana superstitione applausu, cum euersa iacebunt.  
 Depensis simulachra dolis, fragilisq; columna  
 Marmora adorata, inq; unum reverentia Numer  
 Concordi laudes consumet, debita, voto.  
 Quam super infuso nisi roboret aura calore  
 Omnipotens, placido afflatu præcordia mulcens,  
 Nulla fides unquam magnis accepta valebit  
 Celitus, nec digna alto censemitur axe.  
 Quantis impostor fallax erroribus orbem  
 Hactenus implicuit? fuso cum se abderet auro

Argen-

Argentiq; vafer statuis, vocum organa fingens  
 Fatorumq; canens seriem euentusq; futuros?

Iamq; aderant ex urbe viri, pronisa ferentes  
 Dona laborata Cereris, Dominumq; stupebant  
 Necteret insuetas quod cum Samaritide voces.  
 Ad quos continuò bis etiam est sermonibus usus:  
 Tempora quandoquidē accedunt iam proxima meſi,  
 Cernite ut albescant maturis frugibus arua  
 Vndiq;, & insegetem, dentata falce, colonus  
 Inclinet, grandes latè secturus aceruos.  
 Nunc quicunq; metet, fructu gaudebit abundans,  
 Thesaurumq; sibi excelsō super atere condet,  
 Gaudia nec vigili deerunt aterna fatori.  
 Vos misi, segetem dextra ut properante metatis  
 Qua terris inserta alio succreuit aratro.

Talibus ut comitum demulsi pectora dictis,  
 Finitimis excita ruit de sedibus, ingens  
 Turba hominum, latè Samaria rura colentum,  
 Quos traxere noui attonitos miracula vatis  
 Fœmineo euulgata ore, acceduntq; rogantes,  
 Gratus ut illorum tectis succederet hospes.  
 Paret, & hospitio fruitur, dum pravia solis  
 Stella, ter ignifero Auroram candore reduxit.

DE

**DE FILIO REGVLIA MORT  
LIBERATO. IOANN: 4.**

N*de* iter inc̄ptum Galilaia ad oppida,  
*vbi* antē  
*Verterat* in vinum fluuiala dona, peregit.  
*Hic* vir diues opum: cuius languebat acerba  
*Febre* puer, medicum admonitus remeasse potente.  
*Finibus* Hebrais, confestim accessit adorans,  
*Vt* sobolem eripiat fato, viresq; ministret.  
*Dicitis* nulla fides, inquit, nec sola probatis  
*Verba*, nisi indicium rerum manifestius adsit,  
*Factaq;* mirificis clarescant grandia signis.  
*I* tamen, incolumem inuenies: dolor omnis abactus  
*Desit*, & valida vernant in corpore vires.  
*Regulus* obsequitur monitis, conceptaq; latus  
*Gaudia* mente agitat. *Vix* dum vestigia prima  
*Mouit*, ubi ante uolans seruorum turba, repente  
*Nunciat*, ut viuat puer & meliore fruatur  
*Aetheris* aspectu, nervis & robore fultus.  
*Temporis* interualla debinc genitor quibus agro.  
*Et* promissa salus, & eadem forte reperita est.  
*Edocetus*, totum sese, natosq; domumq;  
*Mancipat* eterno, qui temperat omnia, Regi.

DE

**DE CONVIVIO LEVI, MATTH.**

IX. MAR. II. LVC. V. ET DE FILIA IAIRI AR-  
*chisynagogi* à morte suscitata, & quomodo Hæmor-  
*rhoissa* fimbriæ attactu sanguinis proflu-  
*uium* exuerit. Matth. 9. Marc;  
*s.* Luc. 8.

**O**STHÆC cum socijs publica invitatus adi-  
*bat*

**P**randia, ubi inserto turbis Phariseus ini-  
*quis*

Exprobat assesum indecorum, quid sordida querit  
*Ille* scelestorum commercia, & usq; fauore  
*Prosequitur* vita infames? Cui fortia membra,  
*Non* eget auxilio medici, digressus Olympo  
*Hospes* ait, sed dira lues quibus incubat: *Haud* me  
*Iustitia* cultor, recto qui tramite cursum,  
*Dirigit*, at longè vita qui deuus errat,  
*Impulit* ut patrio in mundum delaberer axe.  
*Nec* mihi Mosæ toties ieunia legis  
*Obijcite*, ut veterum inuertam decreta parentum:  
*Ecce* dies aderunt, mundi cùm sua potestas  
*Auferet* è medio sponsum, tunc tristia plangent,  
*Tempora* deserti comites & inania nunquam

M

Cor.

*Corpora sufficien<sup>t</sup>e cibo saturata fovebunt.  
 Quis solitus rudibus veteres subtexere pannos  
 Vestibus? aut quisquam expressos de vita liquores  
 Vtibus includit laceris, tritoq<sup>z</sup>, Cameli  
 Tergore? quò rupta indignatum pelle Falernum,  
 Diffuat, e<sup>z</sup> fuso m<sup>z</sup> defiat nectare tellus?*

*Dixit e<sup>z</sup> ante pedes demissa ubi voce precantem  
 Audijt, abreptam immaturo ut funere natam  
 Vmbrarum absoluat regno, infernisq<sup>z</sup> lacunis:  
 Ductoris, confestim abiit, quò vota trahabant,  
 Sed non antè domos tetigit limenq<sup>z</sup> puella,  
 Sanguinis effluxum vestis quam fæmina tactu  
 Excuteret, venaq<sup>z</sup> crux iam staret hiantis.  
 Hactardo passu Domini vestigia retrò  
 Observans, tacitè hac secum tractabat eundo:  
 Omibi si tunica solum contingere berilis  
 Sirmatis extremum liceat, iam salua redirem!  
 Diraq<sup>z</sup> in agro langueret corpore pestis!  
 Et sic plena spei accessit, summoq<sup>z</sup> momordit  
 Pollice contingens extremi tegminis oram,  
 Cum subito ad tactum infirma conuersus, habebis  
 Quod speras, inquit, mulier; iam salua recede.  
 Constitit in puncto crux, astrictumq<sup>z</sup> patentis  
 Obrigit plaga, concreto sanguine, vulnus.*

Hinc

*Hinc ubi peruentum est, iacuit quæ exangue ca-  
 dauer*

*Virginis, e<sup>z</sup> querulos funebris Musica planctus  
 Extulit, abscedant procul hinc spectacula dixit  
 Talia, non etenim, quam dira morte peremptam  
 Plangitis, occubuit, somno nam immersa quiescit  
 Altius, e<sup>z</sup> placido dormit secura sopore.  
 Dixit e<sup>z</sup> apprensis digitis, dextraq<sup>z</sup> puella,  
 Inflavit vitam, inq<sup>z</sup> artus spiracula fudit.*



### ELECTO DÆMONIO, ET RESTI- TVTO COECIS VISV MATTH. IX. MAR. VII.

Luc. 11. longa oratione, de vita Apostolica restituenda, Discipulos suos Saluator erudit.

Matth. 10. Marc. 6. Luc. 9.

 *NUPER oblatus iuuenis (cui vocis adem-  
 pta*

*Damonis impulsu vires, plectriq<sup>z</sup> potestas)  
 Egesto virtute Dei tortore, locutus  
 Soluerat articulis discreta sonantibus ora.  
 Hic e<sup>z</sup> cœci aderant, sacro qui afflamine tacti,  
 Protinus affusos hauserunt luminis ignes,  
 Aptaq<sup>z</sup> Phœbea impleuerunt organa flamma.*

*Hac ubi facta, suos comites sic inde monebat*

M 2

Avul.

A vulgo paulum secretus stansq; seorsim:  
 Declinate viam, quam veri numinis osor  
 Ambulat: Hebraos primum percurrit fines  
 Iudaasq; domos, et quas stagnante fluento  
 Iordanis humectat terras, properata salutis  
 Tempora persuasuri orbi cœlosq; propinquos.  
 Utq; fides citius dictis accedat, et alto  
 Explorata animo persuasio inhæreat, agris  
 Per vos parta salus veniat, cœcisq; capaces.  
 Formarum reparate oculos: qui claudicat apto  
 Fungatur pede, et humana immedicabilis arte  
 Deserat infectos Elephas, ac foeda remotis  
 Carnis furfuribus fluidæ prurigo quiescat:  
 Captio adiuratus fugiat de corpore Damon,  
 Fusaq; in exangues redeant spiracula partes.  
 Ne corio vincite pedes, tunicasq; superbas  
 Spernite, et Assyrio fucatas murice vestes  
 Gausape conueniens tritum tenuisq; lacerna,  
 Horrida qua aduersi vinci inclemencia poscit  
 Aeris, et venti, et pluvia, frigusq; nivesq;.  
 Non quasuis intrate domos, nec recta subite  
 Qualibet, unde procul pudor et laudabile honesta  
 Exulat exemplum vita, morumq; probata  
 Regula, at infestis latè discordia regnat

Moti-

Motibus, et rupto dominatur fœdere bellum:  
 Quo licet ingressi, optetis cum pace salutem,  
 Sors tamen indignos fugiet mox fausta penates  
 Et peregrinum alio quocunq; sequetur euntem.  
 Sin sua fortè aliquis pracludat limina vobis  
 Durus, et indociles praeceptis obstruat aures:  
 Septis amotiforibus, qui puluis adharet  
 Calcibus excutite, inficiat ne sordida corpus  
 Particula aspersi cineris, non tanta subibit  
 Quondam supplicia infælix Asphaltidos unde  
 Accola, sulphureo quamvis combustus ab igne.  
 Ergo agite in medium sautorum præda luporum  
 Pergite sicut oves, ringens quas glutit hiatus  
 Visceribusq; imis lataq; recondit in aluo.  
 Serpentina animos acuat prudentia, parq;  
 Simplicitas, placidis nempe equiparata columbis.  
 Sapè ferus lictor, stridenti verbera loro  
 Libratis quassata dabit per terga lacertis,  
 Irarumq; instans rabiem, sauosq; furores  
 Euomet, intrepidos sed vos ostendite vultus,  
 Nec regum curate minas, fastusq; superbos.  
 Nam cui nulla animos aduersa procella furentum  
 Auferet, et constans vallabit pectora robur,  
 Ille beatorum augustis donabitur olim

M 3

Sedi-

Sedibus, & diuīm meritus potietur honores.  
Nec quem sollicitum teneat sermonis ēgestas;  
Spiritus omnipotens, largum in præcordia flumen  
Depluit, & grato recreabit pectora rore  
Facundam exercens mentem sensusq; disertos.  
In tenebris quacunq; etenim modo mersa, necesse  
est

In lucem prodire olim, totumq; per orbem  
Pondere verborum, & claris extendere factis  
Discite, qua per me cœli mysteria nostis.

Ingeniumne sui poterunt artemq; Magistri  
Vincere discentes? aut quis transcendit honores  
Seruus Heris multum est, Dominis facta minister,  
Discipulusq; sui vires Doctoris adquet.

Quis metuat furias hominis qui in corpora  
tantum

Ius habet & leges? animus fatalia ridet  
Parcarum decreta fugax, tutusq; per arma  
Hostilesq; ruit cuneos, nec verbera sentit.  
Ille magis metuendus erit, qui inuoluit utrumq;  
Strage simul, cœliq; aufert cum parte cadaver.  
Veneat exiguo quantumvis aſſe volucris,  
Non tamen in pedicas, aut linea vincita capta  
Incidet, iniuſſu Domini. Quid vanat metis

Concilia

Concilia imbelles? nūquid præcellitis auras  
Sulcantem pennis volucrem, catusq; canoros?  
Nec pilus in vobis, rerum quem nesciat auctor.

Non ego missurus pacem, ad mortalia veni  
Limina, sed gladium, thalami qui fædera rumpens,  
Consortes latè dirimat, natosq; patresq;  
Quisquis erit, patrij quem plus reverentia tanget  
Nominis, atq; meum ſoboli poſtponet amorem,  
Præcipiti lapsu at berea turbatus ab arce  
Corruet, inq; lacu infelix innabit Auerno.  
Nullius obsequium merito fruſtrabor, & aqua  
Ipſe hominum benefacta olim mercede rependam.  
Quicquid praſtiterint vobis, me ſudice, dignum eſt  
Debita perpetui referat quod premia fructus.



### LEGATIO IOANNIS AD CHRISTVM, VERI MESSIAE ADVENTVM explorantis. Matth. ii. Lucæ 7.



BSCVR O euasit nondum de carcere liber  
Præcursor Domini vates, qui deuia quon-  
dam  
Rura Palestine fælix habitabat eremi.  
Huic ubi longa frequens venit ſub vincula rumor,  
Nun-

Nuncius actorum Aequaui, mox ipse ministros  
 Sortem exploratum misit, num oracula vatum  
 Promittant alium, per quem gens aurea surgat,  
 Partaq; in immenso regnet concordia mundo:  
 Qui stygias intret portas, vincetq; Dracone  
 Hebraos soluat proauos; vel ad impleat ipse  
 Fastorum seriem veterum, antiquosue Prophetas.  
 Sed responsa dedit Legatis talia Diuus:  
 Dicite Zacharidi hac iterum, sortisq; referre  
 Signa mea, excussas infecto à corpore lepras,  
 Vincula neruorum laxata; inq; organa vocum  
 Descendisse sonos, minus apta ab origine; cæcos  
 Lumina miratos cœli, rerumq; colores:  
 In sua membra animas illapsas denuò, & intus  
 Incaluisse leui rediuitua cadavera flatu;  
 Pauperem Euangelijs meliori viuere fructu.

Hac binis: circumstanti, post, paucula vulgo,  
 Nuper in incultam, memini, venisti eremum,  
 Forstian instabili vibratam turbine cannam  
 Spectaturi illic, aut molli sindone tectum  
 Vasto in deserto iuuenem: regalia calcant,  
 Atria purpureo qui umbrati vellere fulgent.  
 Si vatem existis visuri: matris ab alio  
 Huic par egressus nemo, in quem consonat illud;

Ante

Ante Dei faciem, lato qui tramite callem  
 Preparat, atq; viam, cœli super ardua, pandit.  
 Cuius ab exortu, moto concussus Olympus  
 Cardine, raptorum insurgentia prælia sensit.  
 Hic ille est, adhibete fidem, cui ignita quadrigis  
 Semita flammiuomis, latè cedentibus acta est  
 Nubibus, atq; hortis quondam qui corpora Eoïs  
 Intulit, inconsuptus adhuc, longauus Helias.  
 Sed ridetis & auersa contemnitis aure;  
 Herbarum lambens rores, pastusq; locustis,  
 Longè hominum solus fugiens commercia, vixit:  
 Vos captum inferno, falso effutistis, ab hoste.  
 Me, quia sapè epulas & publica prandia sumpsi,  
 Iacto signatis digito, vocumq; proteruo  
 Scommate, ceu immersum crapulis, nasoq; capaci  
 Semper adorantem pingues ad pocula fumos.  
 Vatibi Corozâim, dextra qua conscientia nostra  
 Virtutisq; nihil commota in sordibus avum  
 Transigis, atq; parùm rerum miracula curas.  
 Si Tyrus & rubro coquitur quæ purpura succo,  
 Sidonijs iterata vadis, sisata Sebaste,  
 Et quæ sulphuream exhalat vastata mephytin  
 Atq; atras circum nebulas, Asphaltidos ora  
 Talia vidisset, scelerum fortasse dolore

N

Puncta

Puncta, inter cineres, vita planxisset iniqua  
 Acta sua, & flamma inconsumpta stetisset & igne.  
 Tuné caput cælo inserta usq; ad sydera surges  
 Capharnaūm? inferior terris atq; aquore fies,  
 Hausta Erebo, vtrices portabit Sodoma pœnas  
 Mitius, atq; Tyros, & ager clementius vltor.

Gratia multa tibi debetur, maxime Regum  
 (Subdidit, aethereos sublato lumine ad axes)  
 In cuius manibus terra est, & quicquid in ipsa est,  
 Quod rudibus secreta animis mysteria pandis,  
 Ignorata viris, tumidaq; imperuia menti.  
 Tu mihi terrarum imperium cœliq; marisq;  
 Partitus genitor, communia sceptra gubernas,  
 Mutuus unde mei soli tibi numinis usus,  
 Mutua cognitio est: te maiestate tremendum  
 Perfectè intuitus, nisi me ductore, videbit,  
 Nemo nec aspectu, nisi cui monstrabo fruetur.  
 Huc adsit, grauitas quem infesti ponderis urget,  
 Hic lassos reparare animos viresq; valebit:  
 Namq; humilis natura mihi est, sunt mitia cor-  
 da.



DE

DE SOLVTIONE SABBATI, ET  
 CONFRICATIONE GRANORVM.

Matth. 12. Marc. 2.

**A**RVA illinc abiens, grauidis flauëtia aristis  
 Præterijt, longa esuries, auellere suscit  
 Culmorū capita, atq; epulis agrestibus uti:  
 Sabbata tunc veteri indicebant otia ritu,  
 Quando operum prægrande nefas, vetitiq; labores.  
 Vedit, & in rabiem linguas armavit iniquus  
 Osor, auita patrum miratus iura aboleri  
 Sic temerè, auulso mordaci pollice fructu:  
 Sed DEVS obiectum facili ratione refutans  
 Non meministis, ait, vetitis quòd panibus olim,  
 (Cùm grauis exhaustum premeret penuria ventrē)  
 Iuxta aras vesci solitus Iessaius Heros?  
 Si cui ouis in foueam præceps descenderit, an non  
 Eximet inde breui? nec erit reverentia festo?  
 Quòd si diuini scrutari abscondita quisquam  
 Sensa animi vestrum posset, maiora mereri  
 Praemia placatum ingenium, super astra, videret,  
 Quamqua suffuso tauri calet ara crux:  
 Nec tam iudicium præceps, temeraria lingua  
 Ferret in expertes culpa, nec verba ferirent

N<sup>o</sup> 2

Lini-

*Lividus: nam mibi sunt & lex & sabbatum & omnia  
Subdita, & imperio frangamus cuncta perenni.*



DÆMONE OBSESSVS, IDEM QVE  
COECVS ET MVTVS CVRATVR: QVOD  
in virtute Beelzebub factum esse blasphemæ Pharisæorum  
fœda diuulgabat. Matth. 12. Marc. 3.

Lucæ 11.

**S** E P T E adductus erat, vegeti cui luminis  
vsum ademit.  
Et lingue, infelix umbrarum Tortor  
Cui ut primum notas immisit in organa vires,  
Credidit id Furijs factum adiutricibus hostis,  
Atq; per ora virūm latè præstigia fundens,  
Fraudem prætendit facto; ad quem talia Diuus:  
Nulla manet stabili firmata potentia nexu,  
Quæ diuisa in se & ruptis discretæ fathiscit  
Partibus imperij, nec erit durabile regnum:  
Vnde, intestinis odij si prælia gliscunt,  
Discordes Erebi cines & Damonas inter,  
Alter ut alterius pulsus virtute recedat,  
Quis diurna illic mansuraq; sceptra putabit?  
Si me Acherontai impostoris robore nixum,

Demo-

Damonis arcere insultus, & dira fateris  
Tormina captorum; vestram quis viribus armat  
Nubiugum in vulgus sobolem, ut sapè imperet  
Orco?

Furta quis eripiet, spoliato duitis arc,  
Duitis antè manus ferro quam vinciat idem?  
Deserta quicunq; acie mea signa reliquit,  
Hostis ab aduersa meditatur prælia fronte.

Impie quo usq; Deum infamas? qd spicula torques  
Blasphema in Numen rabie? compescet furorem,  
Sola ea nec veniam, nec mitis inuenit aures  
Culpa, & perpetuo nunquam purgabitur igne.  
Ecquid in ore debinc semper simulata sedebit  
Et falle sensus probitas? plarung latentes  
Thesauros animi, ipsa animo vox consona, prodit.  
Mens alia in vobis, vox est contraria menti,  
Quodq; probat lingua ingenium versatile damnat.

Nec patrijs operor quicquā sine viribus, omnia  
Cuius ab arbitrio pendent, freta, sydera, tellus:  
Ille dedit latum ius exercere per orbem,  
Conatus sacra semper virtute secundat,  
Vt, cuicunq; auida expressa in præcordia leges  
Descendunt, viuaq; manent sub mente repositæ,  
Liber ad æthereos scandat post funera cines,

N 3

Quan-

*Quando citabuntur patefactis viua sepulchris  
Corpora, ad horrendum, cornu increpitante, tribus-  
nal,*

*Iustorumq; anima, cæli super ardua surgent:  
Tartara ad ima ruent reprobi, manesq; profundos.*

*Judicij nec iniqua mei censura, quis unquam  
Nominis audiret titulos iactare superbos,  
Ipsum mirantem me alta primordia stirpis?  
Consulite antiquos, perplexa volumina, Vates:  
De me illi documenta dabunt, diuina canentes  
Semina, & aqua productum ab origine numen.*

*Non ego terrena captator laudis, Olympo  
In mundum egressus veni, sed ut alta supremit  
Exequerer mandata Patris: vos finibus actum  
Pellitis, & tota nusquam regione quiesco.  
Nec coram genitore tamen cœliq; senatu,  
Criminis actor ero vestri; vos arguet ipse  
Dictator legum Moses, cui fuditis vni  
Ne quicquam; me spredo etenim, spreuistis & il-  
lum,  
Quius plena meis oracula laudibus extant.*



SI.

*SIGNVM IONÆ ET NINIVITARVM  
PHARISÆIS VRGENTIBVS OSTENDI-  
tur, Matth. 12 Lucae. ii. Marc. 8.*

 *ALIA tractanti, nunquam dubitabimus,  
aiunt,  
Te cælo duxisse genus, si numinis edas  
Signatui, ut dubios moueant miracula sensus.  
Accipite ergò, inquit, tacitiq; euoluite, retrò  
Longam seclorum seriem, Ninosa forsan  
Occurrent portenta animo, atq; innoxia Vati  
Absorpto, phoca ingluies, & amica verago:  
Sicut enim iacuit ternis imperditus ille  
Noctibus, aquorei vasto sub corpore monstri;  
Haud secus, humana velatus imagine sortis  
Filius ipse hominis, terrarum in viscera clausus  
Ingesta requiescat humo, triduoq; latebit.  
Cumq; aderit tempus, tumulo ut rediuiuus aperto  
Regnator surgat Ninues, meliora secutus  
Verba Iona quondam, sceleris vos arguet ultrò.  
Maurorum Regina simul, Nabathæa quòd arus  
Liquerit, Hebraifamam mirata Tyranni.  
Si quando humano pulsus de corpore Demon  
Exulat, in siccis hinc inde vagatur arenis,*

Dul-

Dulcem inuenturus requiem, nec pace reperta,  
 ( Scilicet assumptis socijs scelerumq; ministris )  
 Ad consueta iterum infrendens habitacula vertit,  
 Et caco inuoluit præcordia, ut antè, furore,  
 Principiumq; capit non faustum optabile finem.  
 Incidet in simile hac quondam Generatio damnum,  
 Deteriorq; cadet lato suus exitus orsu.



### DE PARABOLA SEMENTIS.

MATT. XIII. MARC. III. LVC. VIII.

**I**T T V S ad aquoreum paulum processerat illinc,  
 Et nauē ingressus, perplexo abscondita sensu  
 Talia proposuit, collecto in margine vulgo.  
 Exiit ut iactis conspergeret arua colonus  
 Seminib; quorum partem calcata viarum  
 Semita, pennigeris nudam venientibus escam  
 Prabuit: in steriles ceciderunt plurima terras  
 Puluis ubi exustus, raraq; uliginis humor,  
 Siccaq; perpetuo languescunt rura calore.  
 Vnde fit, ut sparso quamvis de semine gramen  
 Pullulet, ac letum ostendat nascendo decorem.  
 Herba tamen brevius flauescat inutilis horis.

Et

Et pereat cum stirpe viror fundamine fulta  
 Radicum exiguo. Dura sub sente laborat  
 Et quandoq; seges spinarum intercidit umbra.  
 Vberibus nonnulla cadunt abscondita sulcis,  
 Fæcundaq; latent in humo, magnoq; resurgent  
 Fœnore, et ingenti portantur in horrea aceruo.

Sic ubi fatus erat, cœtu mirante suorum,  
 Quæsitum, ignaram quid acuto enigmate plebem,  
 Sensaq; perplexis inuoluat inertia gryphis:

Ad quos sic iterum. Vobis mysteria nosse  
 Cœlorumq; arcana datum est, plenisq; potiri  
 Thesauris superum, stolidæ qua abscondita plebi  
 Iure manent; sic quisquis habet, potiora capesset.  
 Qui caret, et quod habet totum rapietur ab illo.  
 Namq; videt, nec visa probat, surdisq; retrectat  
 Auribus auditum: sic mens malesana, salubres  
 Excudit hortatus, et longo instincta veterno  
 Sorbuit aeterna lethea papuera noctis.

At vobis mens longè alia est, transcendit Olympū,  
 Cœli delitij fruitur, mysteria prehendit,  
 Abstrusas miratur opes, fontemq; salutis.  
 Eia fœlices oculos, qui adapertat uentur  
 Ita reuelatis Diuum secreta figuris!  
 Fatidice proceres fortis, gnariq; futuros

O

Pra-

Prefari euentus, olim hac vidisse valebant.  
 Accipite ergo animis, & qua sententia verbi  
 Discite, prolati vario de semine. Quisquis  
 Captat Euangeli verba intellecta sinistre,  
 Ingluuiem saturat stygi prdonis auaram,  
 Fitq; viro similis, lato qui in calle vorandum  
 Obicit alibus semen, pascitq; volucres.  
 Sunt quos legis amor sacra diuinaq; iussa  
 Gratis extollunt studijs, cupiuntq; doceri,  
 Atq; alacri captant, prescripta salubria mente:  
 Sed nimium brevis ardor agit, nec casta fouetur  
 Flamma diu, & sacri languet citò gratia verbi,  
 Lenis ubi insurgat fortuna, ventus inique,  
 Duraq; fata premant: simili levitate virescit  
 In petram coniecta seges, lapidosaq; rura.  
 Verum ubi plenus ager spinis ac sentibus horret;  
 Aspera sylva domat frugem, nascentiaq; urget  
 Germina, ne liquidas valeant assurgere in auras.  
 Altius, atq; nouum pereant vix nata sub annum.  
 Sic faciunt, quos mole graui mundana fatigat  
 Cura, auriq; fames, prauaq; cupidinis ardor,  
 Quæ sacri teneros suffocant seminis ortus.  
 At pingui similatur agro frugumq; capaci,  
 Diuinum cupidis qui verbum sensibus haurit,

Et

Et praecepta, operum studio aquiparata, faceiens  
 Sedulus ingentem accumulat virtutis aceruum.

  
**PARABOLA DE TRITICO ET ZI-**  
**ZANIA, GRANO SIN API ET FERMENTO**  
 Matth. 13 Marc. 4. Luc. 13.

**D**VM iacet Agricola insperso iam semine sul-  
 cis,  
 Induxitq; grauis, curarum obliuia, somnus:  
 Illius in damnum vigilat, lateq; per agros  
 Seminat infelix lolium, aduersarius alter.  
 Post ubi denso aruum herbarum vestitur amictu,  
 Luxuriatq; seges, vacua dominatur auena  
 Sylva comans, frugesq; inter zizania regnat.  
 Tunc accersitis dedit bac mandata ministris  
 Expertus fraudem Dominus, vitiataq; farra;  
 Triticeas inter stipulas, fructusq; capaces,  
 Quæ lappa tribulij, & amaris intyba fibris,  
 Carduus, atq; oculos ladens zizania serpit,  
 Hostili buc illata manu est, nec noxia velli  
 Herba potest, longis dum plenè solibus astas  
 Coxerit indutum spica flauente legumen:  
 Namq; resecturi incurvis tunc falcibus, una

O 2

Ibi-

Ibit is, et lolum et fruges, nexionisq; ligata  
Fasciculis pestes, flamma absorbentur, agrorum:  
Catera collecta complebunt horrea messe.

Par est fermento Empyrei non mobilis aula;  
Cuius massa tribus modijs commixta farina,  
Naturam inducit similem et coalescit in unum.  
Corpus vtrung; simul, virtute operante caloris.

Illa eadem grano regna assimilata sinapis  
Noscite, quod proprijs aruis pater ipse colendi  
Inserit, id minimum quamvis, positq; videri  
Impar seminibus reliquis, tamen abdita in baret  
Orbiculo virtus et tanta potentia paruo,  
Ut mox ingentes ramis felicibus umbras  
Explicet, ac grandis valido cum stipite in auras  
Arbor eat, volucrum prabens cunabula pullis.  
Dixit: at implicito confusum agnimate vulgus  
Verborum elicuit sensum; quos altius ille  
Orsa trahens, docuit, quid adultera semina signent,  
Quid fœcunda seges, quid rura, quid ipse colonus.  
Contulit arua orbi, melioraq; semina iusto  
Mortali, peiora malo; pro patre colendi,  
Vastos curuantem cœlestia pondera in orbes,  
Molitumq; breui discreta elementa labore:  
Et finem posuit rerum, pro messe, supremum

Cum

Cum latè arua metent superum de sedibus actæ  
Præpetibus pennis volucres sine corpore turma,  
Et collecta dabunt, scelerum Zizania, flammis  
Inq; altas Erebimergent defossa lacunas,  
Tristis ubi querulis umbrarum ululibus Echo  
Vastum impulsabit chaos, atq; immugiet Orco.  
At iustorum animas letis, super astra, triumphis  
Raptabunt secum, phœbei ubi syderis instar,  
Regna per auricomas iacent crystallina flamas.



### PARABOLA DE MARGARITA ET SAGENA. MATTH. XIII.

 St alius gemmis inhians Indisq; lapillis,  
Quos medio vehit unda sinu Gangetidos  
ora:

Hic inuenio uno, reliquos qui excellit, laſpi  
Omnia vendit, ut oblati sibi comparet are.  
Huic ratione pari, totus confertur Olympus.  
Vtq; Sagenā alto concludit in aquore, piſciū  
Omne genus, variamq; effert ad littora pradam,  
Vilibus abiectis: quos deinde in vasa marinus  
Prado legit, vulgusq; à nobilioribus arcet:  
Sic extrema omnem inuoluēt cùm incendia mundū,

O 3

Fata-

Fatalisq; dies aderit mortalibus, ecce  
 Iudicis ante thronum horrendi, pœnasq; minantis,  
 Raptus ab electa sanctorum sorte, caminos  
 Incidet infernos, vita qui vixit iniqua,  
 Letheasq; subibit aquas Plutonia regna.

Dixit, & in patriam, turbis puppiq; relictâ,  
 Digressus breve sumpsit iter, Moſea diserto  
 Inter honoratos sermone volumina tractans,  
 Inſtitiaq; docens leges, perplexaq; vatuum  
 Scripta, Sionaoſ proceres, templiq; ſenatum:  
 Qui motus grauitate viri ingenoq; loquentis,  
 Nota ſimul reputans generis primordia ducti,  
 Secū ita: Tanto hominē qua vis, qua gratia, tanto  
 Imbuit eloquio? obſcurum quem enixa ſatore  
 Progenuit Naſaraa fabro muliercula pauper?  
 Quis ſtirpis ſeriem, fratribumq; ignobile vulgus,  
 Obſcurosq; choros, illaudatumq; ſororum (necit?  
 Aut genus, aut faciem, aut mores, aut nomina  
 Mirum, hac unde nouo veniat ſapientia vati,  
 Tractet ut in ſignis priſcorum oracula Doctor.  
 Christus adhac breuibus respondit talia dictis,  
 Nutus obſeruans tacitos ac murmura lingua:  
 Nullus habetur honor, celebri nec gloria facto;  
 Et ſine laude iacent patria inter rura, Prophetæ.

LIBER



## LIBER SECUNDVS HISTORIÆ EVANGE- LICÆ.

DE DECOLLATIONE IOANNIS  
BAPTISTÆ. MATTH. XIII. MARC. VI.

Lucæ 3. &amp; 9.

**S** EDIT Agenoria cinctus rex ipſe la-  
 cerna:  
 Ad lauum Reginalatus, cum ſe ebria-  
 fastu

Intulit in medium pariter ſaltura puerla,  
 Ad Phrygios edocta modos, circumacta rotare  
 Corpora, mobilibus plantis, cytharaq; canentis  
 Implere artifices numeros, motusq; ciere  
 Alterno ſuſpensa pede atq; reciproca gressu.  
 Quam pater ante alios miratus, præmia dixit  
 Accipies quæcunq; petis, per Numinia iuro;  
 Fare modò, ac donum multis è millibus unum  
 Elige, promitto: dabitur quodcunq; rogabis.  
 At maternum alto ſeruans in pectore virus.

Nata

Nata procax, animo quaestet sententia, paucis  
Indicat; in disco vatis caput, ense recisum  
Postulat inferri, patriis spectacula mensis.  
Et quanquam inuitus funesta implere rogantis  
Vota videbatur, votis tamen annuit usq;  
Consensit q; pater, missq; satellite, iussit  
Insuere auulsum in lanceam atq; offerre puella.

Herodem interea factorum grandia Regem  
Signa mouent, rerumq; animo miracula secum  
Pertractans, sapè, immeritum damnauiimus, inquit:  
Heu cacos sensus! sic nil moderabile semper  
Suadet amor; sic lasciuo eneruanur amore,  
Et sequimur quo cunq; trahunt Venus, impetus, ira.  
Pleximus heroëm egregium, dum in honesta notaret  
Connubia, & longo squalore attruiimus, agri  
Donec devoutum Nata, sectoq; reuulsum est  
A ceruice caput: sed quem sub Tartara missum  
Credimus, cælo fruitur, Syriasq; per urbes  
Argumenta sua exercet clarissima fortis.  
Parent fata viro, ventis ac nubibus idem  
Imperat, Oceanum compescit, in aquora & undas  
Ius habet, umbrarum strepitus moderatur, Olympi  
Sceptra tenet, morbis adhibet medicamina, vires  
Ac nenuos reparat, de obfisis damonas arcet.

Talem

Tale in fama canit: sic se in miracula totum  
Effundit decollatus, post funera, Vates.  
Hac secum Herodes, cum incertus falleret auctor,  
Factaq; bis geniti virtute patrata, putaret  
Zacharidis patrata manu, quem impurus adulter  
Virginis in pretium lasciuia, occiderat ante,  
Prandia regifico celebrans natalia luxu.

DE INCREMENTO PANIS ET  
DVORVM PISCIVM AD SATVRITATEM  
usque, integræ fermè legionis hominum Matth.  
14. Marc. 6. Lucæ 9. Ioan. 6.

**R**V A igitur sacro fugiens polluta cruento,  
Secessit pcul. Equevus, rate vect' et aura.  
**A**Quem comitata ingens per rura pedestri-  
Turba simul spatijs, vasta tellure recepta; (busibat  
Quorum infecta idem relevando corpora morbis  
Omnipotente manu, membris & viribus auxit.

**I**amq; abeunte die, in nocte inclinabat Olympus;  
Grex impastus adhuc deserta in valle sedebat,  
Visceribus vacuis agrè ieunia vincens.  
Defectum sensit Ductor, tacitasq; querelas,  
Et deplorata, infelicia tempora fortis.

Pascendiq; modo inuenio, suspiria dixit. (sunt)  
Me importuna mouent, comites: qua frusta super-  
Panis adhuc, pera eximite, ut satureremus egentes:  
Impatiens natura mora, locus ipse carenti  
Durior est stomacho, dum spes & pabula desunt:

Ergo in planitiem, plebes dispersa patentem  
Iussa venit, pratoq; simul discumbit eodem  
Ipse in se numeros hominum mirata, locumq;  
Agmine stipatum tanto; quis crederet, illa  
Exiguis saturari epulis tot millia posse? (runt,  
Fragmina quinq; aderant; sat fragmina quinq; fue-  
Vt domita ingluies, stomachiq; resederit ardor  
Omnibus, ac plena ablata post prandia corbes,  
Multiplicante Deo Cererem binosq; natantes.


Postquam abiēre illinc, montis fastigia Diuus:  
Ascendere ratem socij, cursumq; per undas  
Iam tenuere suum, cum aduersis horrida flabris  
Tempestas exorta ingens, vertigine nauim  
Principiti in gyrum torsit, rapuitq; profundis  
Vorticibus, medio sed mox de flumine, in altum  
Surgent iuoluit fluctu, tumidisq; procellis.

Concius interea rerum tantq; pericli,  
Sicca per aquoreos radens vestigia campos  
Vndarum pede pressit iter, stabiliq; ministros

Ter-

Terruit incessu exanimes, dum vana moueri  
Spectra putant, stygioq; oculos phantasmateludi.  
Quos procul affatus, sic alta silentia rupit,  
(Iam placido stetit vnda sinu, & maris ira quietuit)  
Quem pedibus fulcantem undas, fretaq; alta videtis  
Ne fugite, ipse herus est, & herum cognoscite ve-  
strum.

Fac igitur, nisi vana oculos perstringit imago,  
Petrus ait, super ipsa etiam me flumina, siccis  
Calcibus ire modò hinc stratoq; incedere fluctu.  
Audijt orantem Dominus, votumq; secundans  
In mare ab excelsa iussit descendere puppi;  
Descenditq; simul, liquidumq; apparuit aruum  
Suspensu calcare pede, & subternere Pontum.  
Cox tamen ut tremulus sensit nutare sub undis  
(Scilicet insolito natura territus ausu)  
Et mersos male stare pedes, succurre labanti  
Ne peream, succurre, alto clamore sonabat.  
Apprendit medijs luctantem in fluctibus alter  
Traiectaq; rate, optato stetit anchora portu.



  
**DE TRADITIONIBVS PHARISÆ-**  
**ORVM CONTRA MANDATVM DOMINI:**  
 & quod cibus non transit in virtutem naturæ  
 melioris. Matth. 15. Marc. 7.

**N**unc iterū armatilinguis fallacibus adsunt  
 Ecce viri, prauo meditantes impia semper  
 Consilia ingenio, atq; inflatis talia buccis  
 Verba vomunt: unde ista tuis audacia tanta  
 Discipulis, ut prisca ausint inuertere patrum  
 Impunes decreta, venit? faciantq; quod usquam  
 Non concessum alijs? nec enim qua cura lauandis  
 Sit manibus prescripta notant, & sordibus escas  
 Candunt infecti: quibus hac mox farier orsus:  
 Legibus aternis cùm sit decreta parenti  
 Semper honorando constans reuerentia utriq;,  
 Dicite cur mandata isthac, diuersa docentes,  
 Tollitis, & sensu torquetis iura sinistro  
 Irrita? quam manifestè in vos sententia vatis  
 Congruit Isaiæ, labiorum murmurataxans?  
 Et laudem fictam & vacuas sine pondere voces?  
 Mens ubi sincerusq; animus distracta vagantur?  
 Ergò aures adhibete, imisq; hac figite dicta  
 Sensibus. Humanam mentē nihil inquinat, intrans

Ora

Ora per impuro solūm quod prodit ab ore.  
 Os namq; & quasuis exhalant pectora pestes,  
 Cædis, adulterij, fraudum, nimiumq; procacis  
 In superos lingua, totum qua sordibus implent,  
 Inficiuntq; animum, ut latè contagia serpent.  
 At quodcunq; per os latam descendit in aluum,  
 Corporis in partes, decocta vertitur esca.  
 Dixit, & irarum stimulos sauumq; furorem,  
 Sensit ubi, exilij ulterius consortibus addit:  
 Eruta flaccescit corrupto semine planta  
 Protinus, aterni nisi fixa labore parentis:  
 Si cæcus cæco forsan ductore viarum,  
 Ambulet, in foueam præceps descendet uterq;.  
 Illorum uitate igitur consortia, cæcis  
 Nam tenebris mersi inq; umbra caliginis errant.

  
**FILIA MVLIERIS CHANANÆÆ**  
**A DÆMONIO LIBERATA, MATTH. XV.**

Marc. 7. Quatuor millia hominum septem  
 panum multiplicatione saturata:

Matth. 15. Marc. 8.

**S**abiére simul, Sydoniæq; arua legentes,  
 Phanissam inuenère nurum infælicia fata  
 Plangentè obsessa, inferno Tortore, puella:

P 3

Nil

Nil oratus ait Diuus tamen, altaq; pressit  
 Orā diu, comitum donec prece motus, in istas  
 Erupit voces. Tantū ne amissa periret  
 Villa ouis Israēl, patrio descendī ab Olympo.  
 Illa sed usq; magis votum clamoribus ursit:  
 Ne immerit am nespne pater, miserere precantis.  
 Absit, ut è manibus natorum à sanguine Iuda  
 Excūsum catulis panem obijciamus atendis  
 Ille refert: Phœnissa iterum; sic nempè; catellis  
 Non tamen exigua, Dominorum mensa, recusat  
 Nicarum partem, ut minimò ieunia pollant.  
 Magna est ô mulier fidei constantia: vade  
 Sanam repperies, pulso tortore, puellam:  
 Sana puella fuit, pulso tortore, reperta.  
 Illinc digressus, Galilaiā rura petiuit,  
 Conscensaq; procul, prarupti verticis, arce  
 Paucā sedens tribuit parva interualla quieti:  
 Nec mora, conuentu stipatus supplice vulgi,  
 Miracula exhibuit manifestis plurima signis.  
 Namq; oculis captos, affusa luminis aura,  
 Formis impletuit rerum atq; coloribus: aptum  
 Reddidit incessum claudis, mutisq; loquela  
 In vocem, erumpente sono, articulataq; verba;  
 Vnde securā ipsum lato acclamatio plausu.

Iamq;

Iamq; ter Oceano Phœbus lucente reuexit  
 Ore diem, cùm nulla illis alimenta supersunt,  
 Et vacua exhausto stringuntur viscera ventre.  
 Ergò ablaturus tridui ieunia Ductor,  
 Mc miseret, me plebis, ait, tām dura ferentis  
 Fata graui esurie; afflictis succurrere posco,  
 Ne tām longa via retro interualla legentes  
 Deficiant, membrisq; vigor flacessat eundi.  
 Panibus acceptis igitur, quos fortè ministri  
 Subsidium commune via cum pisce ferebant  
 Pauculo, & ad patrem precibus tacito ore peractis,  
 Impresit numen Cereri, septenaq; miris  
 Auxit liba modis, satis ut tot millibus essent.  
 Nec saturata fames tantū ventrisq; libido est,  
 Sportas implerunt bis tres atq; insuper unam,  
 Fragmentorum etiam cumulato pondere serui.



## DOCTRINAM PHARISAICAM,

QVÆ FERMENTI NOME EXPRIMITVR,  
 vitandam Discipulis suis persuadet Christus: & de  
 confessione Petri, dignitatis in Christo:  
 & traditione clauium. Matt. 16. Mar.  
 8. Ioann. 6. Luc. 9. & 12.

Amq; domum dapibus properabant agni-  
 na sumptis, Di-

Direxitq; ratem Magedorum ad littora Christus.  
 Hic imbuta dolis pharisaica secta, repente  
 Adfuit, & cœli signum de sede poposcit.  
 Ad quos his contrâ est Hospes sermonibus vñsus:  
 Si color Hesperium, Phœba inclinante, cubile  
 Sanguineis pingat maculis, cœlumq; rubescat.  
 Exeret auratos radios, Sol crastinus, orbi  
 Dicitis, obscurisq; dies sine nubibus ibit.  
 Sin manè infectus minio Nabathæus axis  
 Flammescat primo, rabies portenditur ingens  
 Ventorum, & madidis tempestas ingruet alis:  
 Sic causa effectusq; docent, sic astra notatis,  
 Cœlorumq; habitum, & formas septemplicis aula,  
 Non tamen interea ut reuolutis partibus orbes  
 Seclorum referant seriem, utq; reciproca signent  
 Tempora, curatis reprobi: si signa videre  
 Positis, absorptum Phoca proponite Vatem.

Inde iterum celeri sulcans freta Magdala puppi,  
 Dissuasit fermenta suis Pharisaica turbis;  
 Quæ vox ambiguo suspendit pectora sensu,  
 Donec vi verbi expressa, sic farier orsus.  
 Haretis video ancipites, dum obliuia panis  
 Nomine fermenti occurrunt; quid inertia torpent  
 Imq; pedita habeti tandem præcordia sensu?

Nemo

Nemo recordatur hominum quot millia nuper  
 Inuentis cœlo dapibus, saturata replerim?  
 Vnde illi cophini, collecto fragmine, farti?  
 Multuplicata Ceress? constrataq; piscibus arux?  
 Et vos usq; tamen non sumpta viatica pungunt.  
 Sub fermento igitur doctrina semina falsa  
 Accipite, & prauas corrupti dogmatis artes.  
 Vnum aperite mihi, nec longa ambage tenete  
 Quarentem, si sum, vulgi quem publica paßim,  
 Fama canit: breviter retulit cui talia Petrus.  
 Longui, quanquam nonnulli, vatis honorem,  
 Elysios hortos flamma qui raptus adiuit  
 Indefunctus adhuc, tribuant; vel qui impia nuper  
 Impleuit, casus, regna vota puella,  
 Zachariæ, vel Ieremia, alteriusq; minoris;  
 Nos tamen aeterno genitum te patre fatemur  
 Dime potens, aeterna Dei viuentis imago.  
 Cui ille iterum: o felix Simon, quatterq; beate,  
 Mortalis non ista tibi caro nang; reuelat,  
 Sed qui cuncta regit Genitor producta supremus:  
 Quam modo conueniens nomen rebusq; tibiq;  
 Petre tenes? tu petra illa es, saxumq; perenne,  
 Quod super Ecclesiam stabili fundamine fultam,  
 Mox positurus ero, immitti insuperabilem Auerno.

Q

Tu

Tuleges & iura dabis; tibi seruuet ather,  
Arbitrioq; tuo quacunq; ligaueris usquam  
In terris pariter super astra ligata manebunt:  
Quae hic solues, illic eadem promitto soluta.

Vestra autem potior que animo sententia de me  
Fixa sedet, ne aperite alys: funesta propinquat  
Hora etenim, ut Solymos, passurus iniqua, penates  
Funera, iam iam intrem, redimamq; infamibus orbē  
Supplicijs, pœnas meritum flamasq; perennes:  
Tertia sed roseis cūm primum Aurora quadrigis  
Oceano emerget, stygijs me victor ab oris  
Eripiam, cæliq; arces & regna tenebo,  
Debita ijs quicunq; olim mea fata secuti,  
Portabunt infamem, humeris patientibus, ornum  
Dorsa accurua super posita crucis, atq; molesto  
Supponent ceruicem oneri; dilectio perdit  
Nempe animā, seruatq; odium, & contemptus eandē  
Ipsa sui: quid blanda adeò indulgentia prodest?  
Quid iuuat affectus, prauaq; libidinis arma,  
Tām molli fouisse sinus? nocet atq; nocebit  
Semper amor, nimiumq; sibi obsequiosa voluntas.  
Quid prodest homini, totum si possidet orbem,  
Non tamen infernis, quantumuis diues, ab undis  
Securus post fata manet? si excelsa liceret

Side-

Sidera mercari pretio, quibus ille talentis  
Parceret; aut quod non pro cœlo expenderet aurū?  
Sic quiddam veteres memorant de diuite fasti:  
Principij fors leta quidem, sed disparate fato  
Impia non faustus mulctauit gaudia finis.

Attalica chlamyde aut Tyrro velatus amictus  
Auri tortilibus, circum caua pectora, spiris  
Lautitas Regum aquauit, mensag; superbias:  
Hic plectri strepitus: illic discrimina vocum;  
Multisonans Syrinx iuxta, tuba, nablea, sistrum,  
Tympana cum cornu, vasto crepuere boatus,  
Ipse inter medias Veneres diuī prandialento  
Glutiroet gustu, pressaq; madesceret vua  
Lasciuia infartus crapula, plenaq; tumescens  
Ingluuiie: cūm sapè aures atq; atria clamor  
Pauperis interea pulsaret Lazari inanis.  
Hic turpi plenus scabie, ieinus & ager,  
Clausas ante fores iacuit, tantumq; poposcit,  
Qua caderent secto, micarum fragmina, pane:  
Non tamen obtinuit, quamvis venere catelli  
Ulcerat lambentes putri stillantia tabo.

Vidit & excelsa Deus indignatus ab arce,  
Tartaream immisit Furiam, qua dira Potentia  
Funera matureret, pœnisq; exerceat ultrix.

Q 2

Vm-

Vmbrarum patuere lares, versumq; per annem  
 Luctificum, hamato traxit per saxa tridente,  
 Iecit & in flamas, qua defientia nunquam  
 Sulphura depascunt, fumoq; inuoluit & igne.  
 Mendicum Elysijs prapes puer intulit hortis,  
 Collis compositum in gremio fælicis Abrahe:  
 Quem mox affatus, stygio de vertice, Dives  
 Vror ait: descende pater, restinguere furenti  
 Spumâtem flamma cucumâ: ut caua temporacircu.  
 Igniti crepitant apices! quonam vsg; ferenda  
 Importuna sit is? nunquamne incendia fine,  
 Tosta nec optato potentur guttura fonte?  
 Sputum lingua negat, labiorum exaruit humor,  
 Oraq; marmoreo stant indurata rigore,  
 Et fauces ligno similes in saxa abierunt,  
 Viscera, & in rupem versa intestina: quis haustum  
 Porriget? ingenti medeatur gutta calori,  
 Unica per Lasarum instillata, satisq; putabo.

Talia cui Hebrai subiecit sanguinis auctor:  
 Fili, digna tuis respondent præmia factis;  
 Vita in amore etenim, lata inter pocula & escas  
 Transiit, hunc ingens rerum consumpsit egestas;  
 Iam meliore statu fruitur, te iusta merentem  
 Tormenta exercent, operumq; piacula soluis.

Nec

Nec speranda salus: manet, aeternumq; manebit  
 Poena statuta semel, nec habent tua fata regressum.  
 Immensa interualla vides chaos inter utrosq;  
 Vasta interiectum mole, atq; imperuia regna.  
 Nec remeare illinc, aut hinc descendere fas est.  
 Sic auri punitur amor, ventrisq; voluptas.  
 Ergo auri fugiendus amor, fngienda voluptas;  
 Sacula namq; aderunt cœlis voluentibus olim,  
 Ut patris è solio, nubes per & aëra missus,  
 Filius in mundum veniat, cornuq; crepante  
 Excitet è tumulis humana caduera rursus,  
 Vnitaq; leui, membris exanguibus, aura  
 Ponderet aquali cunctorum facta bilance.

DE VITANDO SCANDALO ET  
SIMVLTATE FRATERNA. MATTHÆI

18. Marc. 9. Luc. 15. &amp; 17.

**I**c laudum stimulabat amor, sedisq; cu-  
 pido  
**D**iscordes animos iuuenum, dum quisq; te-  
 nere  
 Sublimem super astra locum, maiorq; videri  
 Affectat reliquis, & longè anteire minores.

Q 3

Quos

Quos iterum omnipotens tali sermone docebat.  
Nulli speratum adueniet post funera cœlum.  
Parvis euadat similis nī infantibus idem.  
Certum est, ebullire aliud de crimine crimen.  
Semper, & aſiduis inuolui erroribus orbem:  
O tamen infaustum, per quem mala scandala ſur-  
gent!

Tutius in fluctus, appenso ad colla molari,  
Desiliet præcepis, rapidisq; vorabitur undis.

Si vitij in membris patrandi occasio ſubſit,  
Ulro abſtemalis, & tela libidinis aufer:  
Motuſ ſcelerum melius ſine partibus ire.  
Aut mancum, aut claudum, Empyreis ſupra ardua  
mundi

Culmina, Tartareas quam corpora ferre ſub um-  
Integra, & aternū flammis crepitantibus vri.  
Sed uis in te aliquid frater peccauerit, iſipſum

Argue in occulto: ſi fors audire recuſat,  
Teſtem adhibe: ſi durus adhuc hortatibus obſtat,  
Ecclesia defer: minus huic ſi debita praſtet.  
Obſequia, infamem reputa cœloq; rebellem,  
Namq; viro ſimile eſt regnum cœleſte potenti;  
Debita qui repetens à ſeruis ſingula, primo  
Ingentem oranti ſummarum dimiſit: at ille

Obſtri-

Obſtrictum exiguo foris è conſortibus vnum  
Offendens multo percuſit verbere, ſtratum  
Ante pedes, donec pugnis extorſerat aſſes.  
Qua impietate Heros grauiter commotus, in iras  
Laxo imptungebat freno, ſeruiq; furorem  
Sedati immixtis, dura inter vincula iuſſit,  
Debita ad extreμū donec numerata quadrantem.  
Sic faciet quondam rerum ter maximus auſtor,  
Aduersos ſtimulabit ubi discordia fratres,  
Ni irarum ex animis radicem oblinio vellat  
Protinus, atq; recens pereat ſubnata ſimulatas.



## DE TRANSFIGVR ATIONE DO-

MINI SVPRA MONTEM THABOR.

Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9. Item de curato Lunati-

co, &amp; tributo inuento in ore pifcis,

ibidem.

**D**I X I T, & aſcendens ſupremi in Thaboris  
arcem,

Induit inſolitos, viſu mirabile, vultus.

Nam facies Phœbo ſimilis, roſea, aurea, fulgens:

Stellantes oculi, auricomis sub vertice crines,

Veftitus niue candidior, lucentior aſtris.

Aſtabant iuxta Moyses, quemq; igneus hortos

Vexit

Vexit ad Eoos, suspenso funere, currus,  
Carmelita Pater, Thesbae à sanguine Helias.

Tunc Petrus ad Dominum: Quin hic tentoria,  
dixit,

Figimus? arboreis intexta umbracula ramis?  
Terna tribus? vix hac, tenui cum nubis amictu,  
Ex oculis ablata abiit cœlestis imago,  
Voxq; secuta simul, Meus hic charissimus, hic est  
Qui eum ante omne mihi placuit, semperq; pla-  
cebit:

Hunc audite alacres, nec spernite verba docentis.  
Hac ubi dicta, ingens ternis adstantibus horror  
Confestim incesit, prostataq; corpora terris  
Non potuere prius reuelato attollere vultu,  
Quam Deus excuteret tremulo de corde pauorem,  
Leni demulcens tactu, verbisq; benignis:  
Quem modò presentem, abiecto phat astate, aperte  
Cernere erat, solita in facie, humanaq; figura.

Iamq; reliquerunt Thaborea cacumina, & alto  
Descendere unâ montis de vertice: ubi ima  
Sub radice, puer lunaria toxica passus,  
Longauo cum patre stetit, quem sapè scelestus  
Spiritus obfessum, mare precipitauit in altum,  
Flamarumq; rogos, & strata ardenta prunis.

Ergo

Ergò incurvato procumbens poplite supplex  
Sic Diuo Senior; quamuis, qua insania vexat  
Vnigenam, medicis tentata laboribus antehac  
Sapiens, atq; ipsi hi comites, verboq; manuq;  
Conati impressos Luna sedare furores,  
Ars tamen effectu caruit, nec Cynthia virus,  
Nec fraudem Sathanas, prolato ad verba, retraxit:  
Ipse ades, ac stolidis praesens influxibus obsta.

Diuus ad hac, magno commotus corda dolore,  
O gens, o peruersa, inquit! quoniam usq; feremus  
Indociles animos? semperne incredula corda?  
Instabilisq; fides? & mens imbuta manebit  
Sordibus? hac fatus, verbo Plutona potenti,  
Et stygium cum peste larem, de corpore abegit:  
Insuper ad socios: operatur inania virtus,  
Qua nulla fundata fide est: sed grandia præstat,  
Æqua vele exiguo fidei mensura sinapi:

Aëreos montes atq; alta cacumina ab imis.  
Sedibus euellit, Taurumq; inuertit & ossam,  
Et quocunq; volet, Rhodope migrabit & Oeta.  
Sed genus hoc morbit tantum ieunia vincunt  
Aſidua, & casta deuota oratio mentis.

Postquam inuentas salus agro, longeq; fugatus  
Tartareus demon, Galilee per aquora remis

R

Fecit

Fecit iter comite assumpto, censemq; coactus  
Pendere, quo caruit, ferro scrutare profundum  
Petre ait: inde unco quem primum traxeris hamo  
Piscem, aperi: insertū media inter viscera nummum  
Inuenies: hic census erit pro utroq; solutus.



DE DIVORTIO ET TRIPLOI  
SPADONVM GENERE. MATTH. XIX.

Marc. 10.

**I**T tora circuitu longo sinuosa legebant  
Medaces hominū cunei, Pharisæa turba,  
**S**captantesq; Deum aggressi, responsa pe-  
Connubio super: interdum rescindere pacta (tebant  
Scilicet an licitum thalami, quacunq; mouente  
Suspitione virum: retulit quibus ista viciſſim:  
Cum rerum aethereos Opifex procuderet orbes,  
Et terram & pelagus, quodq; usquam appetet in  
Abstulit informi glebam de rure recentem, (ipſis  
Formauitq; virum, lateriq; uno offereuulso,  
Effigiem formam similem vultuq; priori,  
Maxima perpetuo confirmans foedera nexu,  
Primos auctores humani seminis inter.  
Quod diuina igitur coniunxit dextra, resoluet  
Quisquam hominū? et versa rumpet consortia legē?

Eua-

Euanescat amor citius matrisq; patrisq;  
Dissidium coniux quam speret coniugis alter.

Nec mihi latorem legum pratendite Mosen:  
Prabuit assensum nempe in diuoria Moses,  
Commotus grauiore malo, ne fraude periret  
Duro inuisa mari mulier. Dirimenda iugalis  
Nunquam lex igitur, Veneri n̄ seruat alter  
Vnius in thalamum deuota: ubi pacta negari  
Iure queunt, ususq; tori sine crimine tolli.

Illi sic contrā breuiter tunc farier orsi:  
Quandoquidem contracta, nefas, connubia solvi  
Non bene consultum sibi vult, cui ducitur uxor,  
Et melius caruisse foret: Non omnibus, inquit  
Concessum à superis, lecti ut consorte relicta,  
Contineant auida lasciuia libidinis arma.  
Inueniuntur enim, clausa qui matris in alio,  
Gustanda Veneris solita instrumenta relinquent.  
Pluribus inserto præacuta nouacula ferro  
Masculeum secuit robur, glandesq; reuulsit.  
Cœlum alijs fomenta adimit, meliorq; voluntas,  
Qui regni, illecebras fugiunt, cœlestis amore,  
Et patrium cum stirpe nefas de corpore truncant.

Talia cùm inter se tractarent verba, seorsim  
Accesit quidam iuuenis, certamq; poposcit

R 2

Empy-

Empyreum in sublime viam, ne à calle viator  
Deflectat forsan, longeque per aavia aberret.  
Quem sic non falsa erudit ratione Magister:  
Vna via ad Superos aditum certissima pandit,  
Sedula sacrarum nempe obseruatio legum:  
Si mandata igitur tabulis insculpta duabus  
Imples, sperato nequaquam errabis Olympo.  
Tela coercede igitur; vetitos fuge cautus amores;  
Neué aliquem sceleris, praesenti iudice, falsi  
Argue: furta absint: ambos reverere parentes:  
Ut te, sic alios, simili complectere amore:  
Omnia vendebens, et dans pia munera egenis  
Me sequere: et thesaurum alto super athere condes.  
Non perfectus eris donec possessa relinquas,  
Cuncta etenim, exutus nummis, scelerumque remoto  
Fomite. Dicta puer surdis tamen auribus hauxit  
Altè suspirans, Vatemque reliquit et equor.

Tunc comiti Vates, res est nimis ardua, dixit,  
Astra ut possideat, nummis qui servuit et auro,  
Totus et in plena obsecsum cor defodit arca.  
Nam citius per acum informis transibit abenam,  
Tubera cui in dorso assurgunt geminata, Camelus,  
Quam cœlos teneat diues, stellataque regna.  
Nec tamen aeterno qui quis multabitur igne:

Dat

Dat Deus electis facilem super athera cursum,  
Preparavitque viam et dicit quocunque volentes.  
Propterea unanimes vestigia nostra secuti,  
Perpetuo mecum posthac regnabitis auro,  
Discussisque hominum factis, commune feretis  
Iudicium, et reprobum pariter damnabitis orbem.  
Sic quicunque gradu generis, fætuque thoroque  
Posthabito, nobis sincerus seruiet, idem  
Centuplici meritus fructu donabitur, inter  
Cælicolas proceres positus, post fata, triumphans.  
Primus ad extremi sortem labetur, hic illius  
Accipiet melior spectata præmia laudis.



PARABOLA DE OPERARIIS IN  
VINEAM CONDVCTIS. MATTH. XX. ITEM  
de petitione filiorum Zebedæi, Marc.  
10. Luc. 18.

**I**c quondam egressus propria in vineta co-  
lonus,  
**R**obustorum operas iuueniū conduxit, Eoas  
Iam pingente domos Phœbo, Nabathæaque rura.  
Tertia ubi inuicta est solaribus hora quadrigis,  
Ipse foro in medio plures offendit, idemque

R 3

Pro-

Proposuit pretium, ut primis, cum staret Apollo  
 Altius, ac densō feruerent arua calore,  
 Exiit, et simili accersuit sorte repertos.  
 Serus ut accendit nocturnos Hesperus ignes,  
 Ultimaq; extrema properabat meta diei,  
 Applicuit seris mercede laboribus aqua,  
 Inuenitos alibi iuuenes, brevibusq; ligones  
 Exercere dedit studijs. Erure iuuentus  
 Jam reuocata omnis, posuit cum sole labore,  
 Divisisq; operum drachmis, cum infesta videret  
 Murmura primorū, placide his compescuit Heros:  
 Vobiscum recte actum hodie est, promissa refertis  
 Singuli, et ex pacto sua merces cuiq; soluta est.  
 Nunquid conuentis stetimus? non drachma laboris  
 Munus erat? pretium aut grauius, p̄missim' ulli?  
 Itē hinc et vestrum quicquid sit, tollite; nemo  
 Ausferet in proprijs mihi iura domestica rebus.  
 In ciues iam fama abiit pranuncia sacri  
 Hospitis, et late complebat littora vulgus,  
 Præsertim, quos lenta lues consumpxit, et ager  
 Spiritus, humana nunquam reparabilis arte.  
 Quorum vota hospes, discussa labe, secundans  
 Per mare flexit iter retro, properante carina.  
 Inde Palestinas sedes visurus et alta

Mœ-

Mænia Iessai regnata nepotibus, ipse  
 Disimulans tacitum vultu verbisq; dolorem,  
 Sic est hortatus socios tunc inter eundum:  
 Iam Solymas terras, infestaq; scandimus arua,  
 Dilecti comites, funesto ut robore fixi  
 Communem populi rabiem saturemus et iras:  
 Iam in me mucrones acuunt, tortiq; flagelli  
 Verbera, et horribiles ferrati pectinis unguis.  
 Tertia sed roseis postquam Tithonia coniux  
 Per celos innecta bigis, me victor ab orco  
 Eripiam, et clarū ascendam sup ethra triumphas.  
 Ambit Herois latus hic Zebedaia virunq;  
 Progenies, ille ut dextram occupet, iste sinistram,  
 Stellis innecti pariter, cælosq; tenentes.  
 Ad quos sic contrâ: Nunquid gustabitis, inquit,  
 Quem calicem bibiturus ero? aut tingemini eadem,  
 Qua sum tinctus, aqua? communia pocula tecum,  
 Communes sumemus aquas, vel si qua necesse est  
 Ulterius perferre, aiunt, eadem ipsa feremus.  
 Sic nempe: at primis mecum super astra potiri  
 Sedibus, è patris arbitrio hoc ac munere pendet,  
 Dignos qui merito cuius dispensat honores.  
 Notum autem vobis ( rabies modò saua quiescat,  
 Atq; indignantes animi componite motus )

Ge 1-

Gentes ambire imperia & fastigia honorum:  
 Non ea Apostolicam decet excellentia sortem,  
 Magnificis titulis cathedraqs, superba: potestas  
 Omnibus aequalis: reliquis nec celsius alter  
 Nec tenet inferius nomen minimoqs, supremus  
 Et par supremo minimus: sic omnibus omnes.  
 Sic etiam aeterno faboles aquana Tonanti,  
 Nullis obsequijs fulta, ad mortalia venit,  
 Ipsa ministerio assuecens, vltura parentum  
 Supplicij fatalis nefas crudelibus, vltro.

Quare invitati publica ad coniuicia, primos  
 Ne captate locos; ne, si post dignior alter  
 Forte superueniat, praeceptum cuectus honorem  
 Occupet & magna amotis ludibria surgant  
 Infimo ab assesso ad supra sedilia tolli,  
 Hoc decus eximum. Hac fatus Ierichuntide terra  
 Egressus, Solymam versus, vestigia torsit.



DE FICU STERILI, ET TRIVMPHO  
 CHRISTI PVLLO ASINÆ HIEROSOLY-  
 mam inuesti, Matth. 21. Marc. ii. Luc. 19.

Ioannis. 12.

**F**ORTE via in medio sterilis sine fructibus  
 arbor

Latè

Latè diffundens ramorum brachia, eunti  
 Cernitur, ut vacuas tantummodo prebeat umbras,  
 Cui sic iratus: Quoniam, quem ferre decebat  
 Fructus abest, nec fronde exit dependula ficus,  
 Flaccescant folia, & Diris denota, virorem  
 Exue, ne quicquam posthac de stipite surgat.  
 Aruit ad verbum, quasi tacta vredine, ficus  
 Protinus excusis folijs, ramoqs, fluente.

Tunc hæc: Immota si animi consistat in arce,  
 Indubitate fides, nec mens usquam bareat aneps,  
 Semper ad optatum factorum exordia finem,  
 Grandia pertingent, validosqs, effecta sequentur.  
 Conatus, hominum quasvis superantia vires.  
 Imperat excelsis, fidei qui robore pollet  
 Montibus, & rupes sequitur quocunqs trahentē:  
 Si iubeat, medias pelagi se immittet in undas:  
 Si iubeat, medijs iterum se attollet ab undis.

Dixit, & absoluens vicina ad moenia gressum,  
 Ita ait, è numero binis, asinamqs, repertam  
 Cum pullo, raptim hue adducite, namqs, ligati  
 Stant, ex aduerso qua illic castella videtis.  
 Soluere si forsan quisquam adduciqs, negabit,  
 Vox causam conferte in me, Dominoqs, necesse his  
 Dicite, confessimqs, dabit: Sic dicta recurront

S

Zacha-

Zacharie, & veterum accordant oracula Vatum.  
 Illi abeunt citius dicto, & mandata facessunt,  
 Binas ducentes pecudes, pellumq; asinamq;  
 Mollibus instratas phaleris. Iam proxima fermè  
 Montis oliviferi tenuit confinia, & altos  
 Bethphagen circum colles, iuga conscientia prima  
 Depresi Domini cladis, primi q; tumultus:  
 Cum se turba foras ingens effudit ab urbe,  
 Compita in umbrando palmis ac termite secto:  
 Carmina victori referens gratantia Regi.

Interea varijs obfessi corpora morbis  
 Ad portam sese agglomerant, ubi lata patebat.  
 Semita, & incolumes Christo curante recedunt.



## DE CONFV TATIONE PHARI.

SÆORVM, PER AVCTORITATEM IO-  
 annis Baptista; Matth. 21. Marc. 11. Lúc. 20. de  
 parabola vinitorum, & contemptu con-  
 uiuio regio: Marc. 12.

 *L*e Sionar ingressus debinc atria sedis,  
 Conscendit cathedram, perplexa volumina  
 adorsus  
 Soluere primatum in medio, quos vana libido,  
 Non virtus illuc traxit, nec fama docentis

Scr-

Scrutandiq; labor veri, cumq; alta viderent  
 Doctorum patuisse nouo subsellia vati,  
 Sic inter se tractabant: Vnde potestas  
 Tanta homini, ut proprio conscedat pulpita motu?  
 Nondum oratus adhuc ad quos sic ille vicissim,  
 Confusum aduertens murmur, tacitasq; querelas:  
 Cognita Zacharidis nunquid Baptismata vobis?  
 Vnde easors vati? cœloné an iure reperta  
 Humano? aut vanos solum captauit honores?  
 Fraudis prætentus stolido, & fallacibus vndis,  
 Sic fluviatilium sacer ille affusor aquarum?  
 Dicite, & expediam paucis qua deinde iubetis.  
 Volumur in triuio (memorat manus impia secum)  
 Nec qualis tentanda via, aut quo limite eundum  
 Cernimus, ambiguis verborum anfractibus arcti:  
 Sive Deo vatem plenum fateamur, iniquos  
 Arguet ipsa palam confessio, & impia mortis  
 Lata in non meritum nuper decreta patebunt:  
 Damnamus vitam, casta & sine criminе semper  
 Vita fuit: meruere etiam praconia lymphæ  
 Publica lustrales, placuitq; ea gratia vulgo.  
 Disimulata igitur tenuere silentia fraude:  
 Ad quos sic iterum paucis est vocibus usus:  
 Dispare natura geminos pater unus habebat,

Quorum opera usurpatur reparanda ad prædia, dixit:  
 Semiputata foris quoniam mihi vitis in horto est:  
 Ite & luxuriem cibete, ut liber in auras  
 Palmes eat sursum, & lentis se hastilibus aptet.  
 Viribus eniti quorum atq; assurgere posse.  
 Hortatus patrios renuit prior atq; labores,  
 Donec mens rediit melior, tunc paruit ultrò.  
 Alter in obsequium effectu consensit inani,  
 Destituitq; labor promissa, fidemq; fefellit.  
 Quis palmā hic meruit? nunquid laudanda negālis.  
 Consilia, & seri iussa ad peragenda regressus?  
 Palma eadem dabitur quōdam ad meliora relapsis.  
 Proposita, obsceno dum membra libidinis usus  
 Spe quasi us attrita diu, paphioq; labore,  
 Polluerent, sceleri deuoti ausisq; nefandis,  
 Acta tamen largo planxerunt impia fletu.  
 Nec tenuere viam mutato calle priorem.

Sic quidam metatus agri præpingua diues  
 Ingera conseruit Baccho, latamq; adeunti  
 Pratendit sepem & vallorum indagine cinxit,  
 Atq; ubi iam largo pubescens vinea fœtu  
 Parturiit, grauidoq; stetit dependula botro  
 Vua frequens, pralum erexit grandiq; capaces  
 Ore lacus atq; infuso spumantia musto

Dolia,

Dolia, prouentu pacta mercede locato  
 Agricolis, ipse ignotas dum viseret urbes.  
 Interea ad finem Autumno currente, reuersus  
 Misit ut à duro exposcant cultore locatum,  
 Egregios inuenes, in quos crudelibus ille  
 Seu ijt iratus plagis, ferroq; manuq;  
 Saxorumq; in eos librauit pondera, donec  
 Vna eādemq; via, crux & mens pulsa receſſit.  
 Tunc Herus ad dignos agrorum transtulit usum,  
 Multando grauiter temeraria facta priorum.

Vt Rex, qui primos nato celebranti Hymenaeos,  
 Inſtruit amplifico regalia prandia luxu,  
 Vicinosq; vocat ciues, latisq; triumphum  
 Inchoat auspicijs, dum accitus negligit hospes  
 Interea solenne epulum, adventumq; recusans  
 Pratendit tacita diuera negocia fraudi,  
 Ille suburbanas curas, studia alter amoris,  
 Alter opum, & posita exploranda emporia merce:  
 Nonnulli apprensos, dura inter vincula seruos  
 Consumunt lenta esurie, aut rimantur acuto  
 Confossum mucrone latus; qua iniuria Regi  
 Excandescenti non mites aggrauat iras,  
 Hortaturq; acie armata atq; hostilibus urbes  
 Vastare ipſorum cuneis, sceptroq; rebelles

S 3

Per-

Perdere: at interea ne externo pompa careret  
 Spectatore, humile imperat & sine nomine vulgus  
 Atria complere, ac vacuas inuadere sedes.  
 Quos inter nitida dum offendit veste carentem  
 Compositumq; minus, ferrata compede strungi  
 Iu&bit & aeterna inuolui caliginis umbra:  
 Luctus ubi & stridor labiorum in secula durant  
 Perpetua, & sero carituri fine dolores.

## DE TRIBUTO CÆSARI SOLVENDO: ITEM DE MANDATO PRIMO ET SE-

cundo in lege. Matth. 22. Marc. 12. Luc. 20.

**B**Ic stolidæ cùdère aliud problema caterua  
 Inuenioq; dolo, sic sunt affarier orsi:  
**C**onuimus, & virtus tua pridem est co-  
 gnita nobis,  
 Quod verax quacunq; doces mens ponderat ante,  
 Nec personam hominum curas, nec quaris honores:  
 Dic ergo, Imperij num iure tributa Monarcha  
 Exigit, aut census iusto dependimus are?  
 Ille sed aduertens fraudem dilemmatis, inquit:  
 Cur metentatis reprobi? cognoscite nummum  
 Hunc modò & expressos vultus, & Casaris ora,  
 Nunquid imago isthac, literisq; inserta notatis

No mina

Nomina, Casaream referunt manifesta figuram?  
 Casaris ergò hic, & censu quoq; Casaris esto:  
 Et quodcumq; Dei est, habeat Devs: inde rogantes  
 Qua præcepta essent Mosea maxima legis,  
 Sic informauit: seruat reverentia primum  
 Cœlitibus collata locum, rerumq; Monarcha:  
 Proxima fraterno sedes debetur amori,  
 Quo deuinctus homo est homini, ferturq; vicissim  
 Alter in alterius studium, benefacta merendo:  
 Hoc caput, bac summa est, hac cuncta ab origine  
 pendent.

In Vatum mandata libris inserta priorum.

Sed qua de Christo vobis sententia, paucis  
 Pandite. Iessa productum à stirpe fatemur.  
 Sisic; cur Dominum, Psaltes, appellat eundem,  
 Cœlesti afflatu plenus, sic nempe canendo?  
 Omnipotens olim diuina voce locutus  
 Ista meo dixit Domino, concessa potestas  
 Sit tibi cunctarum rerum; loca prima tenebris  
 Ad dextram residens: tibi erunt subiecta malorum  
 Millia, ceu scabella pedi calcanda sedentis?  
 Si Dominus, si Rex igitur, non filius ergò;  
 Dixit, & in puncto cuncti obstuپuere silentes.

REFV.

REFUTATVR STOLIDAS ADV.  
CÆORVM ARGUMENTATIO DE FVTV-  
ro resurrectionis statu. Matth. 22. Marc. 12.

Lucæ 20.

**V**T distincta olim tenuerunt nomina Verpi,  
Dispare sic habitu & diuersis moribus usi,  
Biblica in ambiguos torsere oracula sensus.  
Hinc Essæ cohors, hinc & Pharisæicus ordo,  
Et quibus inuisum fecit Saducaïa nomen  
Secta viris, qui pestiferis erroribus acti,  
Sicut homo atherea constat cum corpore parte,  
Sic partem athereum pariter cum corpore perdi,  
In nihilumq; animam redigi post fata, putarunt,  
Condita at aeterna abscondi simul omnia nocte.  
Hinc prætendentes Mosæ volumina, paruum  
Lege tuebantur dogma, insulsumq; proterui  
Iudicium ingenij, dum urgerent talia sapè:  
Contigit, & facile est patribus meminisse, quod una  
In thalamos septem fratrum descenderit, expers  
Partus nec sterili fætura & commoda ventre:  
Si ergo reuicturi quondam ad mundana resurgent  
Mortua cuius erit, viuam quam singuli habebant?  
Quem Deus errorem facilis arte refellit:

Expe-

Expectanda licet vita reparatio quondam,  
Non tamen ista thori durabunt fœdera semper;  
Nam Venus & Lucina aberunt & pronuba Juno,  
Nil Hymenæus erit, nil fax, nil tada ingalis,  
Nil pharetratus Amor, nil tela Cupidinis; omnes  
Spiritibus similes viuent, qui latet frequentant,  
Obsequia aeterno Regi, & famulantur Olymbo.  
Dixit, & effrenes tenuere silentia secta.

DE DOCTORIBVS PHARISAL  
CIS AVDIENDIS, NON IMITANDIS.

Matth. 23. Luca II, Marc. 12.

**V**NC circumstanti prescripsit talia vulgo;  
Quamvis sordeuant sceleratis actibus, illi  
Qui fulcra ascendunt Mosæ excelsa ca-  
thædra,

Non persona tamen, nec vita impura docentum  
Contemplanda adeò est, sed casta oratio vobis,  
Et vox diuina tradens mysteria legis.

Recta monent, sed prava animis operantur inquis:  
Curvato imponunt onus importabile tergo,  
Impressantq; humeros, non aqua mole laborum,  
Non tamen ut partē amoneant, releuentq; ferentē,

T

Vnum

Vnum adhibent digitum; tantum ut sectentur homines,  
Fucata specie factum pietatis obumbrant.  
Dilatant Decadis chartas: mordace superbiunt  
Fimbria, ubi hamata dependent cuspide vepres.  
O nimis infaustos, quos turgida hypocrisis inflat!  
Namque, intraturo cœlestia limina claudunt,  
Scilicet indigni cœlo et sublimibus astris.  
Æquora circumneunt longaque, ambage viarum  
Orbis decurrunt spatha, ut Mosaica gentes  
Erudiant decreta vagas, ritusque paternos:  
Sed male conuersa, heu stygia immerguntur abyssو  
Dum errorum viru potati, exempla docentum  
Et mores et facta ijdem vitamque sequuntur.  
O miseros, quos caca adeò dementia vexat!  
Iurari per templas inunt arasque; per aurum  
Iurari prohibent, et quæ appenduntur ad aras  
Catera, nonné suis præstant altaria donis?  
Vilius aut templum ornatus est, aurique valore?  
Ergo per alterutrum quisquis iurabit, eandem  
Incidet in culpam; seu aurum, seu nominet auri  
Subiectum, aut aras, seu quid quod habetur in aris.  
Hic viles decimant menthas gracilique, cumini  
Semina, et exiguos census graueolentis anethi;

Cate-

Catera contemnunt, quorum excellentia maior,  
Iudicium atque fidem, et placidos in pectore motus.  
Colari insanum est culicem, et glutire camelum,  
Grandiaque, obtusis, oculis videre minora  
Acribus: Externis mundare paropsydis orbem  
Sordibus, interiora impura relinquere, nunquid  
Marmoreos aquat tumulos, fœdisque sepulchra  
Plena cadaveribus? quorum quæ externa videtur  
Eximiè splendet facies, sed lurida apertis  
Membrorum appetit sanies, ambesque frusta.  
Magnifica extollunt Vatum monumenta  
priorum,  
Et multo ornatu decorant, Parisique lapillis,  
Talia iactantes; cur non cur viximus illis  
Temporibus, cum saua viris statuere parentes  
Funera nil meritis? quæ non compressa furentum  
A nobis rabies? quæ non explosa fuissent,  
Confilia effrenis populi? sic dira nepotes  
Facta patrum damnant, sed damnabuntur ijdem,  
Quos etenim missurus ero, grauoribus illos  
Pœnarum urgebunt stimulis, dum pectine ferrœ  
Proscindent alios, alijs per terga humerosque  
Tortos quassabunt funes, hamataque lora:  
Saxis inuoluent multos, lapidumque volantum


T 2

Gran-

Grandine, & excusso luenti è corpore tabo,  
 Lenta consument morte, & super athera mittent.  
 Tempora sed venient, iustorum ubi sanguis ab illis  
 Vindictam repetet, facto qui effusos ab orbe est,  
 Fraternis manibus primo pastore perempto,  
 Usq; ad Zachariam, rabida quem insania secta  
 In medio oppresit templo, exanimemq; reliquit.

O Solyma Solyma, dira quacade Prophetas  
 Persequeris, quoties voluite, ô ingrata tueri  
 Natio? sicut avis pullos cristata tuetur  
 Alarum amplexu, insidiasq; implumbibus arcet?  
 Ecce, relinquetur grauibus vastata ruinis  
 Arx tua, & euersi sacris sine laude Penates.

Vltra non cernar, fragili compage ligatus  
 Membrorum, ignicolor donec per inania nubes  
 Me ferat, egressum cælo, & super ardua sistat  
 Mundanorum operum fastigia, iniqua notan-  
     tem  
 Facta hominum, & iusta librantem singula lance.



 DE VLTIMO EXCIDIO ORBIS,  
 ET SIGNIS PRÆCEDENTIBVS. MATT.

24. Marc. 13. Luca. 19. & 21.

 E tamen aduentus maneant obscura fu-  
 turi  
 Tempora, fatalisq; dies mortalibus, antè,  
 Pravia signa dabo: totus quassabitur orbis  
 Bellorum furijs, & Mars tentoria figet  
 Sanguinolenta minax, totusq; in pralia surget.  
 Non tamen exorto inualidi trepidate tumultu,  
 Sed fortis seruate animos: grauiora sequentur  
 Mox etenim, & seros capient incendia fines:  
 Rex regi aduersus, gens genti, atq; urbibus urbes,  
 Omnia miscebunt bellis, bellisq; flagrabunt,  
 Omnia: pestiferis infectus sordibus aer,  
 Corpora corripiet morbis, leniq; venenum  
 Inspuet afflatu in viuos, raptimq; necabit.  
 Terra tremet, nullis impulsa vaporibus, ingens,  
 Et rimas aget & solido defissa fatiscet  
 Pondere, & euersa structuras obruet arce.  
 Quin etiam exurgent sacros mentita prophetas  
 Millia multa virūm, & stolidis erroribus orbem.  
 Involvent, falso fucantes verba calore:

Attamen immotus quisquis constansq; manebit,  
Ille beatorum hospitijs, sine fine, fruetur.

Namq; effulgebit terras lux fusa per omnes  
Ante Euangelijs, rebus quam terminus adsit,  
Orbis Ego in cineres abeat combustus inanes,  
Saluifica ut toti innotescant nomina mundo.

Inde repentino interitus mundana peribunt,  
Corpora, Ego aethereis vastabitur arida flammis.  
Tunc late implebit querulis ululatibus auras  
Fæmina, cui grauido turgescent viscera fœtu  
Iam longi impatiens oneris, pertesa labores,  
Dum pondus quoq; fugit remoratur euntem.  
Nec tamen in gelidas hyemes atq; vsta pruinis  
Tempora perpetuis, grauis hac afflictio forsan  
Incidat, orandum est, nec auiti in sabbata festi:  
Tanta ruina etenim non visa prioribus annis,  
Dum stetit, Ego vacuis spatij subnixa pependit  
Aëris in gremio tellus, sylvaq; fretumq;  
Nec tam dura aliâs, aeo veniente, sequetur;  
Qua nisi per paucis duraret mensibus, omnis  
Iret in aternos humana propago dolores,  
Nec cuquam sperata salus post longa veniret  
Tædia, dum in superos, hominū languesceret ardor  
Paulatim, Ego dubijs nutarent pectora rebus.

Pro

Prodibunt etenim, magno qui aquare Tonantis  
Facta volent, mirisq; dabunt portenta figuris,  
Numina furantes cælo: Ego stygis hospite nixi.

Ergo illis ne adhibete fidem, vanumq; putate  
Quicquid agunt, quæcunque docent, quæcunque loquuntur:

Sine insoluagam, iubeant ut eatis, eremum  
Christum inuerti, aut larium in penetralia quovis:  
Non deserta habitat loca, nec secreta Penatum  
Christus, at Empyrei excelsam non mobilis arcem,  
Vnde olim exibit: pauidum impronisus in orbem,  
Lustrabitq; auras radis, lateq; vibrabit  
Fulgorem elsum: Eoo ceu fulmen ab axe  
Emicat, Ego rapidis usq; ad Tartessia flammis  
Regna means, spatia aurarum per inania transit.


Tunc etiam auricomam faciem vultusq; serenos  
Nubibus obducet Phæbus, nec Cynthia lumen  
Obscurata dabit: fugient deicta deorsum  
Sydera, Ego aetherei soluentur cardinis axes.  
Desinet astrorum influxus, motusq; quiescent,  
Nec celer in numeros, ut nunc, gyrabitur ather:  
Sic cœlum vires, sic vim Natura negabit.  
Hinc quoq; purpureū quæ Sol caput extulit aureus  
Cardine ab Eoo, longè apparebit in altum.

Trabs

Trabs erecta ingens, hominum è qua vita pependit.  
 Horribili suprà tonitru concussus Olympus  
 Nugiet, egrediente DEO, nubesq; secante;  
 Quem circum innumeri proceres, multoq; ministri  
 Auro fulgentes, & versicoloribus alis,  
 Gressibus aquatis ibunt; pars prævia, munda  
 Iudicium insinuans, raucum Tarat antara clanget  
 Increpitante tuba, & vastum terroribus orbem.  
 Terribili quatiet sonitu, quem ad Iberica regna  
 Vsq;, vel occiduo qual littora sole tepeſcunt,  
 Subiectasq; domos Euro, septemq; trioni.  
 Ultimaq; immodicis exusta caloribus arua.  
 Aërei rapient, ventosa volumina, tractus.  
 Vnde excita suis defuncta cadauera bustis  
 Antiquum reparata habitum referentia carnis,  
 Antiquos artus, neruos, cumq; ossibus ora,  
 Iudicis in faciem prodibunt, digna habiturus  
 Præmia quisq; suis, seu recta vel impia, factis  
 Egerit; hic flamas, solium cœleste sed ille.  
 Ergò hac eueniant mundi antè extrema neceſſe est  
 Fata olim; hic rerum nempè irrevocabilis ordo  
 Quanquam illa ipsa dies, aderit qua terminus orbi,  
 Non homini, non cœlitibus prævisa, sed uni

Omnia qui fecit, qui deſtruet omnia, Patri:  
 Vi quondam pluuij terra fatalibus omnes  
 Absorpta, interitum mortalia cuncta repenti  
 (Ultima perdendis quām nox præuisa) vocarunt:  
 Sic subito adueniens flammarum incendia volvet  
 Maximus ille opifex rerum, cœliq; Monarcha,  
 Ingentemq; dabit stragem, insperataq; mittet  
 Fulmina, communi excidio pecudumq; hominumq;.  
 Rure duo in medio glebas cum vomere ſcident,  
 Alter in Empyream rapietur protinus arcem,  
 Ad poenæ feruato alio infernosq; caminos.  
 Quin diuersa etiam feriet ſententia, eodem  
 Compositoſ lecto ſocios, diſparq; ſubibunt  
 Iudicium, ad cœlos illo, hoc ad Tartara rapto.  
 Euigilandum ergo ſocij, crebroq; futura  
 Præmeditanda dies, ne nil metuentibus, illa  
 Fortè ſuperueniat, rapidoq; absorbeat igne.  
 A pradone ſuis ſi instare pericula rebus,  
 Præmonitus pater ipſe domus aduerteret, omni  
 Seſe exerceſet cura, longumq; ſoporem,  
 Excuteret vigil, ut clauso propelleret hostem  
 Limine, ut in vacuas nefur irrumperet ades.  
 Sic & vos facite. Onimium nimiumq; beatos!  
 Quos, qua cunq; venit, vigilantes inuenit heros.

Longa alios, contrà dominorum absentia perdit,  
 Dum curis vacui studia ad diversa feruntur  
 Liberiore animo, seq̄ in consortia miscent  
 Damnatorum hominum, luxu vinoq; madentes:  
 V̄a seruis illis, quos sic offenderit hospes,  
 Pracipites etenim pœnarum cladibus abdet,  
 Stulta ut perpetuo mulctentur facta dolore.



DE VIGILIA IANITORIS ET DE-  
 CEM VIRGINIBVS. MATT. XXV. ITEM DE

commendatione Talentorum Matth. 26. Luc.

19. Marc. 13. Et segregatione damnato-  
 rum ab electis. Matth. 25.

**N**ON alio quondam punita incuria fine est  
 Quinq; puellarum, qua extra flammanti-  
 bus ibant.  
 Regis in occursum facibus, siccata ferentes  
 Vasa oleo, liquidumq; oblitæ Palladis unguen:  
 Cum numerus comitans, ut cui prudentia maior,  
 Pasceret accensos naphtis præpinguibus ignes.  
 Postquā igitur spōsum tenuit brevis hora morante,  
 Paulūm inclinarunt urgenti lumina somno,  
 Constitit in medio donec nox humida cœlo:  
 Clamor ubi exortus, nihil expectantibus, ingens

Pro-

Prodire accinctas monuit, lateq; coruscis  
 Lampadibus decorare viam, & prauertere Regem.  
 Virginea experrecta cohors raptim expedit ignes,  
 Infusoq; animat succo, vitamq; ministrat.  
 Cuius defectu vt subitò deferbuit ignis  
 Flammaq; desorpto periit male pasta liquore,  
 Erubuit primùm insipiens sine luce caterua,  
 Ingenti percussa metu, nimiq; pudore:  
 Inde resartura absentis dispendia olini,  
 Illius exiguum, cœtu à prudente poposcit.  
 Nil tamen obtinuit, mercatum pergere iussa.  
 Dumq; emptum properant, pompa solennia Sponsus.  
 Inchoat, & tremulas vibrant funalia flamas,  
 Donec in ipsa aula latis penetralia ventum est  
 Plausibus, obclusoq; aditu conuinia copta.  
 Interea vt reliqua Phialis redière refertis,  
 Videruntq; babilis admolita repagula ferro,  
 Clausas pulsarunt repetitis ictibus arces,  
 Ingressum orantes: at fors contraria votis  
 Obtigit, appulsus dum surdis auribus heros  
 Excipiens, stolidas repulit de limine turbas.

Sicut cùm ignotæ abiens mercator ad urbes  
 Distribuit seruis multo exercenda Talenta  
 Fœnore, dum quisq; ad diversa negotia seſe

Applicet, ut referat numeroſo commoda quæſtu.  
 Quorum pars votis Domini respondet, adeptos  
 Tractando aſſiduè nummos, cumulaſaq; lucra.  
 Alter in effossa abſcondit tellure metallum,  
 Defraudatq; ſuo neglecta numiſmata cenuſu.

Cumq; reuertit herus, repetit quoſ tradidit aſſes,  
 Et ſtudium extollens, laudataq; facta priorum,  
 Talia promittit: Quando explorata voluntaſ  
 Veftra mihi, eſ rebus cura indefeffa parandis,  
 Conabor factis meritum ut repondeat olim;  
 Namq; exercentes ſtudio leuiora fideli,  
 Ad maiora debinc, aquum eſt, fastigia tolli.  
 At clauſum egeſta preſtum in tellure recondens  
 Sic Domino: uſq; adeò quoniam infaturabilis auri  
 Fixa libido ſedet circum præcordia, auare,  
 Qualibet ut quanis corradas impius arte,  
 Hic tibi ſum veritus ne forſ tractata ſinistrè  
 Drachma iras pareret, numeroſi vilior eſſet  
 Depositoq; impar: Dominus cui paucā viciſſim:  
 Cūm ſit auara tibi Domini, oſclerate minister  
 Explorata ſitis, nulloq; explebile pectus,  
 Fortius eniti decuit, ne accepta careret  
 Drachma lucro, eſ largos ferret pars credita fruct<sup>o</sup>.  
 Nunc effeta foris quia te occultante reperta eſt,

Ju-

Iure hodiè officio amotus, quid inertia poſit,  
 Experiēre piger: rapite hinc, rebusq; ſceleſtum  
 Exuite, eſ ſpolium ad meritos transferte, ministri.

Sic, cūm clara Deuſ quondam per nubila vectus  
 Cœlitum ſtipante choro, applauſuq; volucrum,  
 Inferet imperij fasces, ſtrictamq; ſecurim,  
 Mundum arguturus, longo diſcreta locabit  
 Agmina ſeceſſu, lauum ut pars impia cornu  
 Occupet, ad dextram electus ſe congreget ordo;  
 Sicut paſtor ouem immundo diſcludit ab hirco.  
 Tunc Rex omnipotens, ſolio ſubnixus eburno  
 Talia verba ſimul turbis melioribus edet:  
 Fœlices anima, terq; oſ quatterq; beata,  
 Quas Pater à prima naſcentis origine mundi,  
 Ipoſ ſuam cœlos Opifex fabricaret eſ aſtra,  
 Ipoſ ſi eſt cœlis meritas dignatus eſ aſtris,  
 Prafixitq; locum ſua iuſſa ſequentiibus, aurēum  
 Culminis athereti templum, ſtellataq; regna:  
 Itē modō, eſ caſta redemiti tempora lauro,  
 Cœlicolum ſupplete choros; vietricia ſigna  
 Tollite, eſ Empyreos cum plauſu intrate Penates:  
 Namq; fame oppreſſo Cerealia dona dediſtiſ;  
 Siccatum fouiſtiſ aqua dulcedine guttur:  
 Extorri hofpitiū patuit, Laribusq; fruebar.

V 3

Oblatis

Oblatis ultrò: nunquam vestitus egenti  
Defuit: ad pœnas raptus solatia cœpi.  
Iure ergò (ad lauam versus) damnabere, dixit.  
Tu, qua facta sequens nimium scelerata, petenti  
Difficilis, panem esuro potumq; negasti:  
Nusquam ad tecta aditus, domus interclusa re-  
presit  
Hospitem, & infirmi nihil es miserata dolores:  
Nudus ventorum rabiem, & flabra aspera sensi,  
Sythoniasq; nives, & cum sudoribus astus,  
Nec vestis concessa tamen, durissima captus  
Vinclatuli, nec me quisquam est tutatus inermem.  
I nunc, & stygio culpam lue mersa profundo,  
O infortunata cohors, te Tartara apertis  
Faucibus expectant, tibi pix, tibi sulphur, & ignes,  
Et scelerum ultrices Furia, larueq; triformes;  
Nullus pœnarum numerus, vindicta perennis;  
Flagra, flagella, unques, mundo à nascente reperta.  
I damnata seges, Styge tu, hi potiantur Olymbo.



## DE SVSCITATO LAZARO.

Ioan. ii.

**V**XERAT interea lento per membra do-  
lorein. **A**egra

Ægra lues Lazro, sparsitq; per intima virus  
Viscera, paulatim aeternum inducendo soporem.  
Cuius sortem amba infaustum gemuere Sorores,  
Magdalensis, ac natu maior, CHRISTI hospita,  
Martha;  
Misericordia Deo puerum, qui tristia ferret  
Nuncia, ut incolumè accurrens sanaret amicum.  
Ille premens tacitum, mæsto sub corde, dolorem,  
Vade ait, haec iterum responsa sororibus adfer:  
Non ea sauities morbi est, ut luminis usum  
Vitalem agroto tollat: diuina necesse est,  
Exerat hic cœlo caput omnipotentia, signis  
Confirmata operum, ut cedat sic gloria diuinis,  
Et sua paulatim assurgat reverentia cœlo.  
Haec ubi dicta, puer retro vestigia torsit,  
Iam filo inciso Parca, Lasaroq; perempto.

Altera ab interitu postquam effluxisset, Eoo  
Cardine nata dies, nondum cura hospitis, inquit  
Ægra recessit adhuc: ibo ut de corpore somnum  
Fatalis tandem excutiam, lentumq; soporem.  
His simul egressus, Bethâne ad funera, coepit  
Festinavit iter, socijs comitantibus vna.  
Quos inter, trepido Didimus sic intulit ore:  
Siccine non fausto, per aperta pericula, passu

Volui-

*Voluimur insani? quid non infesta minata est  
 Natio? quò ruimus cæci? sic sponte perimus?  
 Sic ultrò morimur? saxorum ut grandine nuper  
 Quassatus penè est Ductor? lapidumq; minutus  
 Verbere? Cui paucis ille; annón qualibet horis  
 Mensurata dies certis? in sole viator  
 Offendit nunquam, in tenebris sed deuius errat,  
 Vmbraq; nutanticat vestigia planta.  
 Item modò hinc celeres, nam quem dormire putatis,  
 Exhaustus sensu iacet, at hereoq; calore,  
 Gratiaq; seclusa efflavit spiracula mente.*

*Iam propè vicus erat funesta ubi conscientia mortis  
 Fæmineo clamore domus, lateq; sonabat  
 Voce incomposita, Ego querulis ululatibus intus,  
 Conuenere illuc Solyma de sede propinquit  
 Complures, blanda moderantes voce dolorem.  
 Martha ergò, ut Diui presentia cognita, tectis  
 Fertur in occursum egressa, atq; ita protinus infit:  
 Ut serò ad mœstas, dilectæ, reuerteris ades?  
 Vnde mora hac? ut iniqua sinas illudere fata  
 Heu misère afflictis? quò mens, quò cura recessit?  
 Ecce ignota alibi dum absens regione moraris,  
 Vnicus ille obiit, reparator sanguinis hares,  
 Quod poterat virtus equidem diuina cauere,*

Dira-

*Dirarum reuocans, fatalia iura, sororum.*

*Cui contrà omnipotens Seruator talia subdit:  
 Quem letho absumptum quereris, confide, resur-  
 get,*

*Vitaliq; iterum rediuius luce fruetur.*

*Hinc illa: ad vitam fieri quandoq; regressum*

*Certum habeo, in tenues postquam consumpta fa-  
 villas*

*Compages mundana ibit, factisq; rependet*

*Pramia cuiq; suis iustum Deus ante tribunal.*

*Viuo ego, Ego ad vita cuncti, me Auctore, feruntur  
 Limina, Diuus ait; vitam qui credit, habebit*

*In me perpetuam, Ego nunquam morietur in eternum.*

*Magdalisa interea verbis accita sororis,*

*(Omnia namq; soror nutu signabat Ego ore)*

*Vnâ ibat Solymis immixta frequentibus, atro*

*Deformata habitu, Ego vultu testata dolorem,*

*Deplanxitq; moram Domini: ut tua limina serus*

*Aspicis? ut tardè morituro occurris amico?*

*Quem poteras viuum nobis seruare, profundo*

*Luridus in tumulo ventroso roditur hoste,*

*Et lentè exiguo decrescit verme cadauer.*

*Nec mora, visuro praeunt, monumentaque si-  
 gnant*

Rupe sub obscura saxis incisa vetustis,  
Marmoreus qua clausit obex grandisq; molaris.  
Hic Iudea cohors, adeò si amplexus amicum est  
( Quod satis insinuat lachrymarum effusio ) cur  
non

Incolumem eripuit mortis? nam e? vidimus, inquit,  
Quos natura parens lucis priuauerat usu,  
Hoc operante iterum accepisse sua organa eosdem  
Integra, e? aethereo oblectatos protinus igne.

Ille sed imposito ut vidiit cooperta sepulchra  
Pandere, sublatum magno molimine saxum  
Librari iubet, e? multo mox vecte reuolui.  
Cui Martha has querulo depropmpsit pectore  
voces:


Iam quater Oceano emersit Phœbia lampas,  
Condita in hoc tumulo fratris dum membra qui-  
escunt:

Crediderim ingratum putrefacta carnis odorem  
Exhalantem illinc, teneras offendere nares;  
Fas parere tamen: lapidisq; obstacula fortis  
In latus impellunt nisu, ut referata patescant  
Clastra Deo, e? volucris poliata cadavera sensu.  
Ante tamen patrij suspexit cardinis axes  
Gratatusq; suot ali est sermone parenti:

Omni-

Omnipotens Genitor, rerum cui machina seruit,  
Plurima, nosco equidem, tibi debo, quod nihil un-  
quam

Abnus, e? facilis semper mea vota secundas,  
Vt sic mundo etiam Gnatij cœlestis origo.  
Et ductum ex alto genus innotescat Olympo.  
Hac ubi finierat, specui inclamauit aperta,  
Altius aduersa feriens caua marmora voce,  
Surge, erumpere foras, animataq; membra resume  
La?are, La?are ades: mox experrectus, ab imo  
Prosilens tumulo, viuum librauit in auras.  
Corpus, e? à pedibus cruralis fascia nexis,  
Et niueum obnupto cecidit velamen ab ore  
Processitq; viam. Latu spectacula plausu  
Extulit attonitum vulgus, manifestaq; fassum  
Numina, in auctorem diuina encomia fudit.





**HISTORIA PASSIONIS IESV CHRISTI, VERI DEI ATQVE HOMINIS: QVI PRO PECCATIS mundi, passus ac mortuus Hierosolymis, tertia die ad salutem credentium resurrexit, & cælos ascendit, sub mensem Marium & sequentem, Olympiadis 202. Anno 4.**

**IMPIA CONSPIRATIO PHARISEORVM CONTRA CHRISTVM. ET DE vnguento Magdalena, &c. Matth. 26. Marc. 14.**

Lucæ 22. Ioan. II.

**A**CTENVS aeterna cœlestia semina stirpis,  
Immortale genus, finisq; & originis extpers,  
Vt natura habitum alterius, viresq; minores  
Indutum, è patria ad cunas deflexerit arce,  
Panximus, insuetos tanti memorando labores  
Numinis, humano dum se velaret amictu  
Bis genitumq; sibi fragiles accingeret artus:  
Dum latum per agrans orbem, diuina probaret  
Imperij incrementa sui: dum ingentia mundo

Pro-

Proderet exhibitis rerum miracula signis:  
Dum erepta è tumulo in putrefacta cadavera sapè  
( In Bethanæo potuit quod funere nuper )  
Flatum inspiraret vita, sensusq; capaces.  
Sed quām sorduerit meritorum gratia, inquis  
Gentibus extremi decreta cruenta probabunt,  
Supplicij, & caussa inuenta sine crimine mortis.  
Quod fuit inclusum, Procerum sub pectore, virus  
Non potuit latuisse diu, magis inde magisq;  
Fam erumpens per aperta, acri stimulante furore  
Divinos tribuit titulos, semperq; videbant,  
Illi⁹ augeri, & proprios decrescere honores,  
Dum vulnus facta aduertens tam grandia, iure  
Laudibus ad cælum euexit, cunctiq; monentis  
Ulro abiere viam: grauiter quo incensa potentum,  
Inuidia, effuso tantum saturata cruore est.

Consilio ergo inito, ingenti Cayphae frequentant  
Limina conuentu, & longo sese agmina miscent,  
Ordine, ubi insonti mortis sententia lata est.  
Netamen in festum caderet vindicta, tumultus  
Distulit, & populi rabies prauisa furentis.  
Interea, præsente Deo depulsa Simoni  
Dira lues, turpes maculas squamasq; remisit:  
Ad quem ingressa etiam, passis effusa capillis,

X 3

Vn-

Vnguinis Assirij mulier cum pyxide venit  
 Oblinitq; caput Domini plantasq; sedentis,  
 Effundendo super lachrymas, tepidumq; liquorem  
 Tergendo, ex humeris latè qua pendula fluxit,  
 Cæsarie auricoma. Et quamvis laudabile dictis.  
 Grex comitum obiurgaret opus, meliusq; in egenos  
 Distribui potuisse, asses pro munere pactos  
 Diceret, obsequium longè tamen extulit Heros  
 Sicq; ait; illa mihi exhibuit quodcunq; probari  
 Iure potest, tanto irati ne obssite facto:  
 Nunquam deficiunt quos rerum urgebit egestas.  
 In quos s'vestra dehinc possint beneficia locari:  
 Sed mihi dura instant peracerba funera mortis,  
 Et restat mora parua, hac ut consortia linquens  
 Eripiar mundo, & regnis fruar usq; paternis.  
 Hoc certum est, dum vasta orbis molimina sta-  
 bunt,  
 Magdalicum aeternis celebrandum laudibus un-  
 guen.



IUDAS ISCHARIOTHES OBLA-  
 TIS TRIGINTA DENARIIS IN INTERI-  
 tum conspirat: in supremæ cœnæ apparatu, sacrosan-  
 ta Eucharistia instituitur: Pedes discipulis la-  
 uantur, & ijdem de futuro statu erudiun-  
 tur. Matth. 26. Marc. 14. Luc.  
 22. Ioan. 12. & sequen-  
 tibus.

**A**M pridem Ischarioth stygiam potavit E-  
 rinnyn.  
**V**ersauitq; dolos animo, cæcumq; furorem:  
 Hinc pretij stimulabat amor, partumq; cruento  
 Munus, & infando sperata e funere merces:  
 Illinc ambitio, expectataq; pramia honorum  
 Et favor, & meritæ non vana insignia laudis.

Ergò è conspectu comitum se subtrahit amens,  
 Concilioq; infert procerum, sic farier orsus:  
 Quod mihi munus erit, si in vincula tradam,  
 Quem toties quasistis Herum? si digna referitis  
 Pramia, & oblatō meritum cumulabit is are,  
 Vester erit: loca nota mibi, quo exire solebat  
 Sapiens, explorata via est, tacitiq; recessus.  
 Illi ubi cognouere hominis temeraria iniqui  
 Proposita, & vanis inbiantia pectora lucris,

Crudele exiguo pepergerunt pondere funus,  
 Ternis drachmarum decies: contentus abiuit,  
 Accinxitq; animum sceleri, damnatus Indas.  
 Iamq; dies Pascha primo processerat ortu,  
 Confestim Domino pergunt hontante ministri  
 Ultima suprema instructuri prandia noctis,  
 Paschalesq; epulas, caso de more bidenti.  
 Vix vespertinos accendit Phosphorus ignes,  
 Atq; Herus ipse aderat, mensisq; accumbere secum;  
 Adductos iussit socios, & fercula vesci:  
 Insuper has querulo depropnsit pectore voces.  
 Nunc tandem nunc hora monet, charissimi, ut orbe  
 Egressiar parto, & crudeli macter ab hoste;  
 Cui me ultrò obijcam, blando deprensus amici  
 Osculo, ubi vestra quidam de sorte repertus  
 Proditor, insanis vinctum tortoribus addet.  
 En hac illa fides! en hac iurata voluntas!  
 Hic amor! hoc stabilis pactum irrevocabile voti!  
 Quò te cœca adigit dementia perfide? sicne  
 Uncta sepulta iacent Domini benefacta docentis?  
 I modo, & infandis rabiem conatibus expli.  
 Quisquises, in vita melius, si limina nunquam  
 Intrasset, fuerat: tanti nam infamia facti,  
 Nunquam perpetuis delebitur obruita seclis.

Con-

Constatib; anima damno, interituq; perenni.  
 Dixit & ingenti commoti corda dolore,  
 Singuli in auctorem inquirunt, cui audacia tanta,  
 Cui mens desperata adeo: in quem tanta patrandi.  
 Suspicio caderet sceleris. Dum atrocias prodi.  
 Consilia actoris cupiunt, sic protinus infert:  
 Qui modò de patina iam vescebatur eadem,  
 Buccellam intingens mecum, mihi dira parabit  
 Funera, & irato manifestum deferet hosti.  
 Hic Judas dic Rabbi, inquit, num conscius huins  
 Cadis ego? an fraudis quicquam sub pectore voluo?  
 Cui Dominus placide, sic te dixisse memento,  
 Fassus es; & siluit. Nonox sacramè pane Synaxin  
 Praparat, atq; noua instituit mysteria legis.  
 Namq; laboratam Cererem, immedicataq; liba  
 Postquam fregisset, socios partitus in omnes,  
 Sic est extremis verbis affatus amicos:  
 Degustate meum, atq; omnes consumite corpus  
 Versum hic, & nota latet hic sub imagine Numen.  
 Sublatog; dehinc calice, inuitauit eosdem,  
 Insueto ut pariter libarent pocula gustu,  
 Sanguineis impleta undis sacroq; cruento:  
 Præcipiens longum seruari in sacula morem.  
 Semper, & aternis posthac assuescere mensis:

T

Sicq;

Sicq; ultrà: expressos equidem de vite liquores  
 Non potabo debinc, donec fælicius aruum  
 Cœlicolum inuestus, wobiscum talia sumam  
 Haud epulis iam finis erat, nec mensa remota,  
 Cum Devs inferri calidos spumantis abeni  
 Curavit calices, gelidis quos insuper vndis  
 Diluit, & patulum impletuit, loturus, aqualem.  
 Ipse pedes comitum: collo suspensa fluebat  
 Fascia, & in nudos vestis reiecta lacertos.  
 Hic Petrus obsequium minimè subiturus berile  
 Absit, ait, manibus, Domine, bac ut lota madescat  
 Cembra tuis; nunquam, si mille in sacula viuam,  
 Planta superfusis intincta fricabitur vndis.  
 Cui contrà omnipotens: diuina sorte carebis  
 Petre, ministranti nisi te subieceris ultrò,  
 Atq; pedes tepidum in rorem demiseris: ille  
 Si sic, totus, ait, lymphis inuolvar, ut omne  
 Per te irroretur calefacto fulmine corpus.  
 Postquā humili à studio paulū requieuerat Heros  
 Confidere iterum; verbis ubi talibus usus  
 Imbuit egregio socios syntagma Doctor.  
 Qui solito exercet maior præcordia luctus  
 Desinat, atq; animis tristes expellit curas:  
 In me vestra omnis spes inclinata recumbat,

Sicut

Sicut in aqua uo cœlesti numine Patri,  
 In cuius regno gradibus distincta videntur  
 Praemia diuersis, nec honor manet omnibus idem:  
 Non tamen ad patrios, nisi me ductore, penates  
 Quisquā ibit. Via sum, qua aditum ad cœlestia pādo  
 Atria, & aethereos monstro quarentibus axes:  
 Sedem ubi iam vobis vadam parturus candem.  
 Si me nostis, & auctorem nouisse potestis,  
 Namq; unū sumus: ut pater in me est, sic ego in ipso:  
 Una operamur idem: qua dico, suggestit omnia:  
 Quicquid ago, exequitur: votis nihil abnuit unquā,  
 Cuncta sed, ad placitum Geniti, exorantibus offert.  
 Postquam ero sublatus regna in sublimia: mittet  
 Ipse alium, maestos qui consolabitur, auro  
 Perpetuo, aeterni omnipotentem flaminis ignem,  
Quo, quia non potuit mundus nouisse, carebit:  
 Hic vestra impellet sacro præcordia motu,  
 Augeritq; fidem in vobis, diuinaq; rerum  
 Semina, & inserto amplectetur numine totus,  
 Si me diligitis, præcepta implere necesse est:  
 Qua qui seruat, amat: contrà, qui negligit, odit:  
 Odimus hos pariter, pariter redamamus amantes.  
 Connectant animos concordia fœdera paucis,  
 Quam vobis, abiens regna ad meliora, relinquo,

T 2

Sem-

Semper ut unanimes viuatis, ab aethere donec  
Ad vos descendens redeam, et condigner ijsdem  
Sedibus innectos mecum, et super alta locatos  
Sydera, sydereosq; globos: Qui manserit in me  
Me quo cung; iero comitabitur, et feret amplos  
Fructus, vitifera ut qui mergit ab arbore palmes.

Et vos palmitibus similes; ego vitis abundans:  
Qui colit omnipotens pater est: hic inutile lignum  
Amputat, et steriles detruncat ab arbore fatus,  
Atq; abscissa velut pereunt sarmenta subinde,  
Raptim nati ius postquam exudauerit humor,  
Nec materno aliquis remanet de corpore succus:  
Sic ubi primum a me quisquam se abruperit ipsum,  
Protinus arescit, pascendo accommodus igni.  
Vos plantauit enim Pater, ut de germine vestro  
Pullulet ingenti cum fænore copia fructus:  
Et voluit, stabili me ut complectamini amore,  
Sicut et ipse pater me amplexus diligit, et vos  
Diligo ego, nec amor longum evanescet in aium.  
Non iam serui eritis sed amici: incognita seruis  
Nam Domini sunt facta sui, nec herilia norunt,  
Consilia: at vobis manifesta hac omnia feci.  
Electi ex hominum soli tot millibus estis,  
Per quos multiplicem diuinis semina verbi,

Eru-

Erudiamq; omnem, cœlesti dogmate, mundum:  
Qui quamvis in vos atrox insurget ut hostis,  
Exemplo Domini, rabiem contemnite et iras.  
Non mundana estis de sorte; hinc illa fatigat  
Turba odijs, sauoq; premit bacchata furore.  
Sepiuis admonui, dominis seruire minores,  
Et raro ingenium, discentem square, Magistri.  
Qui insidias igitur mibi composueré, putatis  
Parsuros vobis, communes nominis hostes?  
Si mea seruârunt precepta, et vestra notabunt;  
Si neglexerunt, neglecta et vestra iacebunt.  
Sed va illi, dictis qui non assenserit ullis,  
Respuet ac surda mea dicta incredulus aure.  
Duritiem cordis nulla ignorantia purgat,  
Nec pretextus adest, nec ineuitabilis error:  
Cuncta prius docui, nec habet quem obtendere posse  
Peccato fucum ignorans; miracula vidit,  
In solitosq; operum effectus, quibus aqua reperta  
Nulla hominum virtus, sed quavis robora longè  
Transcendent, viresq; hebetant, atq; omnia vin-  
cunt,  
In me ille usq; tamen rabiem despumat et iras,  
In sequiturq; odio immeritum, culpisq; carentum.  
Cum vero omnipotens diuini flamen amoris

T 3

A pa-

A patre egressum, vestra in praecordia secesseret,  
Inseret, atque sacris accensa caloribus uret,  
Spiritus ille quidem de me testabitur, et vos  
Ipsi eritis testes, quoniam mecum inde fuistis.

Hac dixi, nefata animos contraria turbent:  
Tempus erit, cum vota Deo prestare putabunt,  
Tantum si perimant crudeli morte necatos.  
Non nouere etenim nec me nec numina Patris,  
Ad quem iam propero, nubes scansurus et astra,  
Nemo tamen vestrum, cur vadam, interrogat aut  
quò:

Signa licet longa exhibeant suspiria luctus,  
Mœstitiaque animi trepidant: sed ut astra renisam,  
Expedit, haud aliter quoniam quod ab aethere fla-  
men

Me ingresso cœlos, venturum diximus, ibit,  
Spiritus ille hominum windex, censorque malorum;  
Cuius in aduentu scelerum insimulabitur orbis,  
Iustitia leges quod spreuerit, improba sectans  
Vsq; Acheronti stolidus prestigia Regis,  
In quem dudum ultrix fraudis sententia lata est,  
Et feriet similis quondam vindicta sequentes.

Hic cum fata in vos sauire inimica videbunt,  
Latitiam extollent hilares, vanisque ferentur

Plausi-

Plausibus: at vestrum excipient noua gaudia— lu-  
cetum:

Vt mulier tacito premitur paritura dolore,  
Suspenditque animum maturi sarcina ventris:  
Quæ simulac duris egesta laboribus aluum  
Deserit, exultat fortuna oblitæ prioris  
Fœmina, dum meminit natæ cunabula proliis.  
Sic ubi me rigido transfosum corpora ferro,  
Pendentem funesta arbor librabit in auras,  
Excutient fletum spectacula talia vobis:  
Hinc verò inferni postquam spectabitis antri  
Victorem euasisse chaos, lux nubila vincet,  
Discussisque iterum tenebris lustrabitur aër.



CAPVT XVII. IOANNIS, IN QVO  
ORATIO CHRISTI, POST VLTIMAM  
agni Paschalis refectionem ad Patrem ef-  
fusa, continetur.

**D**I XIT et intuitus stellati cardinis axes,  
Hoc est extremo affatus sermone parætem:  
Quæ mihi ab aeterno prefixa est meta labo-  
rum,  
Proxima, sancte Pater, decursis mensibus instat:  
Compleui, quicquid monuit tua sacra voluntas:

Præ-

Prateriere dies; superest ut facta repensem.  
 Par meritum, & simili tecum iam fungar honore,  
 Quo fungebar adhuc, dum nondum machina staret  
 Aurarum bac amplexa sinu, librataq; ventis,  
 Non cælum, non vndamaris, non flamma, nec aër,  
 Discretis collecta locis: tua nomina feci  
 Nota his, quos vulgi electos de sorte dedisti.  
 Iam fidei meliora tenent documenta, probantq;  
 Alta reuelantem nostræ mysteria sortis.  
 Te solum agnoscunt, rerum qui sceptra gubernes,  
 Vnigenamq; tuum pariter, cui facta potestas  
 Partiri ut cœlos possit, sua præmia dignis,  
 Tartareis sepelire malos fornacibus vltor.  
 Non illi ut mecum iam nunc mortalia linquunt  
 Posco pater: nondum inuenta doctrina salutis,  
 Nondum vera fides mundo explorata per illos:  
 Mersus adhuc densa errorum caligine, & expers  
 Notitia Diuum, damnata militat Orco.  
 Tantum ut diuino protecti numine, nullis  
 Succumbant victi imperijs, nec barbaræ regum  
 Iura animo abrecto trepident, infata vocati.  
 Hoc, Pater, extremum est, quod te iam filius orat.

FINI

  
**FINITA ORATIONE IN HOR-**  
**TVM GETHSEMANI SECE DENS, INCON-**  
**stantiam Discipulorum & perfidiam Petri redar-**  
 gut. Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 22.  
 Ioan. 18.

**D**oste a montis Oliveti fastigia scandens,  
 Incepuit talis socias sermone cohortes:  
 Auguror, & certo euentu nox ista docebit,  
 Cùm funesta manus strictis mucronibus buc se  
 Ingeret, ac rabido bacchabitur acta furore,  
 Vostrabet in diuersum horror, longe q; fugabit:  
 Sicut ouile pecus, si quando inimica magistrum  
 Sors rapit, incertis per campos cursibus errat.  
 Postquam autem stygios victor perfregero postes,  
 In Galilæa iterum apparebo videntibus urbe,  
 Precedamq; illuc nota regione viarum.

Dicitis attonitus respondit talia Simon.

Non ea mens nobis; solido fulcimur, ut ante,  
 Robore, & illa vetus circum præcordia virtus  
 Regnat adhuc: vel si, quod nondum suspicor, illos  
 Cura adeò dementat iners, prouisaq; vita  
 Damna sua: at mihi cornu nulla formidine pressum  
 Palpitat, & solita gliscunt sub pectore vires:

Ibo comes quocunq<sup>z</sup> trahis; quod lingua fatetur,  
 Facta dabunt: gravis hasta prius mihi viscera rum.  
 In centūq<sup>z</sup> agilis partes Rhombhaa secabit, (pet,  
 Quām te indefessum dura inter vincla relinquam.  
 Sed tu ate, infelix, quantum fiducia fallet?  
 Quas vocum fraudes, qua non mendacia vanus  
 Pratendes? Domini ne te confessio prodat?  
 Ecce, ter Aurora donec pranuncius ales,  
 Pennarum applausu assurgat, nocturnaq<sup>z</sup> cantu  
 Tempora describat solito, periura puella,  
 (Suspectum quia te peregrina idiomata reddent)  
 Ter responsa dabis; quod me non videris uspiam.  
 Äquoreum citius piscabor in aëre vulgus  
 Ille dehinc, planta hac quām te fugitiua relinquat.  
 Consistam intrepidus, si mille hastilia circūm  
 In me vibrari experiar, si spicula mille;  
 Donec ēg<sup>z</sup> hos vita moderabitur aura lacertos,  
 Ictibus urgeo instantes, ictusq<sup>z</sup> repellam.  
 Interea ventum est ad Gethsemenēida rura  
 Pinguibus hortus ubi stabat prædensus oliuis.  
 Quō paulūm deflexit Herus: iam vota Parenti  
 Facturus suprema Deo; secumq<sup>z</sup> ministros  
 Momento ex quo, vigiles traducere curas  
 Mætitia plenos monuit, luctuq<sup>z</sup> metuq<sup>z</sup>,

Tum

Tum quōd fatasibi immerito tam dira parari  
 Senserat, unde animos pœnarum inuaserat horror;  
 Ischariothæumq<sup>z</sup> scelus, nullisq<sup>z</sup> luenda  
 Culpa modis, nec pertuo delebilis igne.  
 Laxabant poros vena hinc, totoq<sup>z</sup> cruentus  
 Sanguineis madefacto vndis de corpore fluxit,  
 Largus ēg<sup>z</sup> ubertim stillauit ab artubus humor,  
 Tristis ad aquarum dum talia verba parentem  
 Funderet in faciem supplex proiectus ēg<sup>z</sup> ora.  
 Nulla recuso Pater (si sit tua sacra voluntas,  
 Nec reserari aliter cœlestia limina possint)  
 Pœnarum tormenta pati: modò dignior astris  
 Fiat homo, ēg<sup>z</sup> Stygium magna virtute per Orcum  
 Victor eam, effuso mercatus sanguine cœlos.  
 Si fas parce tamen, plenumq<sup>z</sup> doloribus aufer  
 Hunc à me calicem, ēg<sup>z</sup> reuoca decreta nefanda  
 Tām funesta necis: sin irrevocabilis illa  
 Sors fati, ultrò etiam, ô genitor, me deferō morti:  
 Hic redimat sanguis populos; hac cæde luatur,  
 Humani quicquid meruerunt pendere mores.



CHRISTVS OSCVLO IVDÆ TRA  
DITVR: MALCHO AMPVTATVR AVRICVLA.  
falsi testes coram Caypha producuntur. Matth. 26.  
Marc. 14, Lucæ 22. Ioan. 18.

**E**go sermones ubi ter repetivit eosdem,  
Ad socios rediit lethao rore madentes,  
**E**t atq; alto oppressos somno, quos talibus inde  
Affatus verbis monuit: sic nempe? nec horam,  
Curarum qui participes vigilare potestis,  
Ibitis in mortem per dura pericula mecum?  
Mollities qua tanta animi est? cur mascula frangit  
Corda sopor, neruosq; adeò dissolutus inertes?  
Assidue vigilandum equidem, ne forsitan hostis  
Occultas steruat insidias, positisq; prehendens  
Retibus, incertos crudeli funere sternat:  
Prompta quidē inclinat fatum in cōmune voluntas,  
Debilis usq; tamen generosis motibus obstat,  
Affectusq; premis solidos caro, et ardua queuis  
Suspendit, stimulis animi obliuetando superbis.  
Surgite discedamus ab hinc, non ista quiete  
Nox habilis, scutatum illic aduertite vulgus  
Ingruere huc: spectate ducem, gladiosq; facesq;,  
Aspicite hostiles cuneos, ut signifer auro

Latior

Latior incedat parto, vultusq; furorem,  
Disimulet, Domino interitum meditatus inermi.  
Vix ea finierat, cum circumseptus ubiq;  
Hostibus, armatos stetit imperterritus inter,  
Oraq; porrexit Iude libanda furenti,  
Perfidia signum, et sceleris præsagia pacti.  
Non impunè tulit Caypha, ludibria, seruus,  
Cui comitum senior, Furijs stimulatus et ira,  
Librato insurgens gladio, dextram abscidit aurem,  
Prostravitq; solo; sed mox sedauerat Heros  
Sic usq; hortatus; ferrum quid stringis amice?  
Qui gladio fudit, gladio mulctabitur idem,  
Semper et auctorem præceps audacia damnat.  
Nunquid ab aethereis exire penatibus ingens  
Pennatorum agmē iuuenum, in certamina possum?  
Cælituumq; adhibere choros, sacramq; Phalange?  
Imperijs obstant nefas cœlestibus: una hac  
Damnato medicina orbi est: seruabimus orbem,,  
Primorum commune scelus lustrando parentum.  
Ergo quid ista o infasta, armatura, cohortes,  
Quid sibi tela volunt? quo saua hastilia spectant?  
Quo clypei, scutumq; minax, et abeneus umbo?  
Nil moror, et vobis ultrò inquirentibus adsum;  
Nunquid (acerbo adeò si cor linore tumescens

Z 3

An-

Auras inuidit nobis, benefacta perosum)  
 Comprendi poteram sapè intra mœnia captus?  
 Cùm sacra discuterem Mosai oracula libri,  
 Imbueremq; rudem rebus melioribus urbem?  
 At nondum completa illud scriptura vetabat:  
 Nunc quocunq; furor, quocunq; insania pellit,  
 Abripite, & diro infensum prosternite ferro.

Jam fugitiua cohors comitum perculta pauore  
 Abdidit in latebras se, longeq; recessit  
 Acta metu, propria dum se non prodiga vita  
 In tutum, fallendo fidem promissaq; ponit.  
 Solus ab hostili desertus ducitur Heros  
 Classe, ad Pontificis dum sacra palatia ventum est.

Rumor studijs illuc excita nouorum  
 Infima sors hominum confuxerat: alta fremebant  
 Primum ordinibus sacra penetralia sedis;  
 Quorum in perniciem Domini, consulta cadebant,  
 Impia, collatis scelerum in suffragia votis.  
 Culpa reum absolvit, falsus corrumpitur are  
 Testis, ut ex merito possint damnasse videri,  
 Utq; resarciret pretium, quod iura negabant:  
 Iura mori insontem phibent; confessio nummis  
 Extorta, atq; odio stimulis, mendacibus urget  
 Pendens indicium culpis, fictoq; trucide

Cri-

Crimine, iure facit, fingitq; calunnia sonem.  
 Alter & alter erat, qui ipsum dixisse probabant,  
 Heroa, in planum ingentis molimina templi  
 Destructa compage, breui, saxisq; solutis  
 Deiectur opera, tridui reparanda labore.  
 Sistitur ante pedes, contorto fune ligatus  
 Præsidis, obiectum iussus defendere crimen,  
 Aut reuocare nefas: sed longa silentia presbit,  
 Donec in hac primus prorupit verba sacerdos:  
 Dic age, per cœli adiuro te numina, si sit  
 Quem iactas Pater ille tuus, qui sydera voluit.  
 Ad quem tūm breuiter fari est his vocibus orsus:  
 Vera licet prodam generis primordia ducti,  
 Nulla fides sequitur, nec habent sua pondera voces:  
 Tempora sed venient, reuolutis mensibus, olim,  
 Cùm me ventorum vacua interualla secantem,  
 Cœlitum ducente choro, totoq; senatu  
 Etheris, in latum prodire videbitis orbem,  
 Judicia humanis dicentem publica factis.  
 Sic ubi finierat, pota iam plenus Erinny,  
 Insultansq; Deo furijs, de corpore vestem  
 Vulsit, & has cæco eructauit pectore voces:  
 Causa probata satis, quid egerimus testibus ultræ?  
 Sacrilegi polluta oris sententia lata est.

En

En scelus, en crimen; sic se rectare solebat  
 Sapè Deo similem: cælis qua iniuria maior  
 Inferri poterat? reus est, ne parcite, mortis:  
 Crudeli blasphemaluat mendacia morte,  
 Impius in Diuos: pœna, me iudice, dignum.  
 Arripite, irarumq; in eum iam effundite virus.  
 Eloquar, an sileam? ulterius procedere dira  
 Fata inhibent, solitq; abeunt in carmina vires:  
 Vanescit facundus amor, mens languida torpet,  
 Et friget lassata manus, tremor occupat ossa,  
 Contrahit articulos, nec quas formauerat ante  
 Penna notas, fractis dicit defessa figuris:  
 Ora madent fletu, immiscet numerosa lituras  
 Guttacadens, totus lachrymarum influmina soluor.  
 Nec possum nisi flere aliud, dum saua recordor  
 Ultoris tormenta mei, qui extrema subire  
 Damna Deus voluit, clausos ut panderet orbes,  
 Humanumq; genus magni pars numinis esset.

Multos ingeminant ictus, volat anea in ipsum  
 Iacta manus, casq; sacros ex ore cruores  
 Elicit: in faciem stomachi excrements tumentem  
 Inspuit eructans alius; volamine tectum  
 Alter, & ingenti percussum verbere pugni,  
 Quarit in auctorem, colaphum qui infixerit ori.

PER-

**P**ERIVRIVM PETRI CVCVRRI-  
 TV ALITIS PRODITVR: IPSE FACTI POE-  
 nitentia ductus, amaro fletu contabescit; Matth. 26.  
 Marc. 14. Luc. 22. Ioann. 18.

**T**Petrus ingenti rerum formidine pressus,  
 Non iam quo se vertat habet, nimis ar-  
 etta videtur  
 Lata Palastinæ regio, Syrij; recessus.  
 Hinc timor, inde salus iam desperata Magistri,  
 Et male tutæ fides urgent; sic fluctuat anceps,  
 Instanti q; malo premitur: communia suadet  
 Funera ferre fides & amor, metus impedit ira,  
 Pœnarum fractis dum incubit sensibus horror,  
 Eneruaditq; animos, & longis ebria curis  
 Pectora, dumq; vias aperit quæ euadere tutum:  
 Abiurare igitur, sua quam promissa tueri  
 Maluit, effugere ut vel sic fata horrida possit.

Ad prunas forte, excubias ubi miles agebat,  
 Ponè secutus herum venit, nocturna calore  
 Temperet ut modico intentus quoq; frigora fini,  
 Et voce atq; habitu Galilai sanguinis usus.  
 Ad quem sic mulier, primo qua in limine stabat  
 Orsa loqui: Et tuus hic, procerum quem sana fatigat

Aa

Qua-

Quæstio, ductor erat. Non sic, per numina iuro,  
 Non sic, Petrus ait; non sum quem me arguis, ille.  
 Vox alia: hem iurare audes? peregrina loquentē  
 Te prodit tua lingua tamen. Sacra sydera testor,  
 Menunquam vidisse hominem: affirmante sed usq;  
 Milite idem, Stygijs devouit corpora Diris:  
 Continuō cantu assueto exaudita volucris  
 Horas metiri & tacitam describere noctem;  
 Vnde reus secum tristi præsagia voluens  
 Mente, abiit longè fugiens consortia, & agro  
 Blasphema vocis deplanxit pectore fraudem.

  
**I E S V S A D P I L A T U M V I N C T V S**  
 DVCITVR. ABSOLVTO E CARCERIBVS FVRIO-  
so Barraba ad crucem postulatur. Matth. 27. Marc.  
 15. Lucæ. 23. Ioann. 18.

 *V*civis Eo ascendit iam Phœb<sup>o</sup> ab orbe,  
 Inuexitq<sup>z</sup> diem mundo: sua plaustra Boötes  
 Vertit, & in purum redire micantia cœlū  
 Sydera, caruleusq<sup>z</sup> omnem color athera pinxit:  
 Præsidis Hesperij celsa in prætoria vincit us  
 Lictorum rapitur cuneis ferrum inter & arma.  
 Illic ut meritas statuat pro crimine pœnas,  
 Et scelera exploret Index culpamq<sup>z</sup> latenter.

Romu-

Romulides solium ascens, captum ante tribunal.  
 Assisti iubet, & causas examinat ira;  
 Quid capitale adeò infælix admiserit exul.  
 Et quamvis in eum falsus mendacia testis  
 Proderet, ac duro fremerent seu a agmina morsu,  
 Ille tamen tenuit pressa alta silentia voce.  
 Tandem sic prator: Scelerum si libera mens est,  
 Cur buc usq<sup>z</sup> siles? suspecta silentia rumpere;  
 Surgat in obiectum concessa licentia fandi.  
 Hebraum diadema tibi, sceptriq<sup>z</sup> potestas  
 Inuidiam usurpata parit; te in fata superbi  
 Saua trahunt tituli: hinc odium, hinc hostilia gliscunt  
 Semina; si Syria fasces debentur, & aquo  
 Iure Palæstinas sedes & regna gubernas,  
 Dic agendum: nec enim vana id ratione notamus.  
 Dixit, at instanti clausit Deus ora Pilato.

Forte tenebatur squalenti carcere clausus,  
 Humana vir cade madens, qui nuper in urbe  
 Polluit insonti crudelē sanguine dextram:  
 Barrabæ nomen erat: vita cui iam ultimus ibat,  
 Decretusq<sup>z</sup> dies letho: sed parcere leges  
 Suadebant & festa viro pro auctoritate nocenti.  
 Prætor ad arbitrium populi nam ergastula soluens,  
 Captorum è numero, sacris paschalibus, unum

A a 2

Pœnis

Pœnis exemptum meritis, saluare solebat.  
 Hinc, ubi tam sauis odijs præcordia vulgi  
 In captum furere aduertit, sic farier orsus  
 Nostis ait, longa me consuetudine gentis  
 Admonitum, si quem fortè intra vinclat teneri  
 Captiuum accideret, solenni paschate pœnis  
 Absoluisse reum, et capiti parsisse nocentis:  
 Quem vultis igitur (vobis electio namq;  
 Libera sit) IESVM hunc, meritum an grauiorala-  
 tronem?

Ille eat: hic furca pendens moriatur ab alta,  
 Turba fremens una impleuit prætoria voce:  
 Vita rumpemoras, damnatum in funera, trunco  
 Destina, ut informiluat impius arbore pœnas.  
 Hinc Index iterum: magnum, sed labecarentem  
 Occidisse, nefas; dignum si morte putatis,  
 Qua culpa id meruit? nil fato inuenimus & quum:  
 Si moriendum illi est, pœna conuincite dignum,  
 Vel retrahat sua frana furor, fraudesq; faceant.  
 Seditio viri, non fraude impellimur, inquit  
 Dementata phalanx: ecquis patietur inultum  
 Seductorem hominum? cuius doctrina per omnem  
 Penè Palæstinam, calcatis legibus, errat:  
 Patria iura vacant; sequitur præstigia vulgus,

Mi-

Miraturq; nouos ritus, nova dogmata, nunquam  
 Semideis auditæ Atavis, quoq; priori.  
 Errorum testis Tyberiadæ accolæ Ponti,  
 Quæq; brevi vicina freto Galilæa, primum  
 Cui stygijs medicata dolis persuasio sedit  
 Laxato suscepta sinu, gremioq; patentr:  
 Tenarij hinc quasi ab ore canis lethale venenum  
 Pulliat, et medias crescunt aconita per urbes:  
 Cesaris hinc odium: Magno quid Cesare maius  
 Orbis habet? Latios ecquis dissuadeat asses?  
 Hesperioq; neget censum dependere Regi?

Sic contrâ ancipiæ respondit Pontius ore:  
 Cum Galilæa nouo infestarit regna tumultus  
 Dogmatis Hebrei euerfor, Galilæus eundem  
 Iudicet Herodes, cui solie a natio seruit:  
 Ducite ab hinc, propriq; illum deferte Tyranno.

CANDIDA VESTE INDVTVS  
 CHRISTVS AB HERODE PILATO REMITTI-  
 tur, à quo tandem post flagella cruci destina-  
 tur. Lucæ 23.

RÆSIDIS Ausonij postquam digressus ab  
 arce,  
 Celsa Herodea intravit fastigia sedis:

Aa 3 Gratv

Grata oblectabat tanti præsentia Regem.  
 Numinis, insuetis dum se miracula signis  
 Posse videre putat, vanisq; affectibus ardet;  
 Quantumvis blandis instaret vocibus, ille  
 Nec vocem nec signa dedit: Rex fixus inbareret  
 Vatis in obtutu, importuna silentia ridens,  
 Tandem ait: ite citò stolidum præcincte longa  
 Cyclade: delirat fatuus, distortaq; mentis  
 Organa nil sanum versant. Fert longa minister  
 Suppara, et infatuat despecta albedine Diuum,  
 Illusumq; diu Latia ad pratoria mittit.

Interea coniux, tristi deterrita nocte,  
 Ne quid in insontem statuat crudele maritus  
 Admonuit, multumq; viri præcordia flexit.  
 Namq; reuersa cohors ubi vincitum adduxit eundem  
 Tristitiam ostendit vultu, tacitumq; dolorem  
 Coniugis hortatus memori sub pectore versans.  
 Atq; tribunali demum sic fatus ab alto est:  
 Non dum ira posita? nec adhuc concepta quiavit  
 In caput immergitum rabies? heu quoniamq; sedebit  
 Atrabile sat us circum præcordia liuor?  
 Res decisa hodiè est: scelerum sine labore repertus  
 Aduena hic, epotum modò despumate furorem:  
 Sospes eat, quem causareum, quem iurauentur,

Quod

Quò magis ille tamen sedebat, èo acris hostis.  
 Sauit, immites pratendens Casaris iras.


Consensit tandem infelix, aegerq; furori  
 Frana dedit, Latij turbatus vindicis ira.  
 Mandat ad erectam manibus post terga retortis  
 Stare trabem, posito nudum velamine Vatem,  
 Lictorumq; exhibet numerum grauiumq; minaces  
 Virgarum stimulos, atq; uncis plura flagella  
 Aspera pectinibus, notisq; plicatile lorum.  
 Illi indignantes multa vibra brachia tollunt,  
 Stridenti q; gemunt librantes verbera fune.  
 Sanguinei manant toto de corpore riui,  
 Albaq; nudantur laceris compagibus ossa:  
 Spinorum apparent crates, lateq; fatiscit  
 Nervus hians, multo rimata foramine membra  
 Lentum distillant tabum, informisq; per artus  
 Crudescit passim sanies. Vbi lassa quiérunt  
 Paulum, consumptis in verbera viribus, arma,  
 Ipse Heros Tyriam indutus post millia vestens  
 Vulnera (cui sceptrum in dextra fluvialis arundo,  
 Vulnificoq; fuit tectus diademate vertex)  
 Procedit lento ponens vestigia gressu,  
 Plebis in aspectum, sic exclamante Pilato,  
 Ecce Homo! ut in numero linet male saucius ictu!

Cerni-

Cernite, num vlla viro pars fana; expendite pœnas  
 Torturaq; genus: præacuto aduertite aratum  
 Vepre caput; ferreis sulcatos vnguis artus,  
 Et laceram pugnis faciem: quid poscitis ultrà?  
 Sat pœnarum hodie est: aut si grauiora minari  
 Pergitis, atq; alto moriturum affigere truca  
 Stat certum semel; ipsimet decernite mortis  
 In iusto Prætore, reum: impolluta manebit  
 Dicens mihi, nec culpa pars imbuet vlla Quiritem:  
 Labecaret: damnate modò aut absoluete, inquis  
 Conspirata cadent in eum suffragia votis.  
 Intonuere mina Procerum, & successibus hostis  
 Savior exarsit primis: it clamor ad astra,  
 Conatu populi vnanimi, & concordibus ausis  
 Nulla salus homini, pacem desiste precari:  
 Qui genus à Superis numerat, cognat aq; summi  
 Numinia mentitur Patris, atq; affectat Olympi  
 Sceptra bares, superas par est extollere in auris  
 Ut vel sic repetat primordia originis, actus  
 In sublime Devs, propiorq; accedat Olympo.  
 Si qua times scelerum ne pars fortasse supersit,  
 Impia facta sequens, ea deriuata redundet  
 In caput Hebraum, Hebraosq; subinde nepotes,  
 Et natos natorum & qui nascentur ab ipsis.

Annuit

Annuit Ausonius tandem & fatalia Prætor  
 Infælix decretat tulit, peluq; parata  
 Infusis plena lymphis, sibi lauit utrasq;  
 Puro fonte manus, sperata piacula credis.  
 Iudas interea facti temeraria damnans  
 Consilia heu serò nimium, acceptasq; perosus  
 Argenti drachmas, retulit senioribus, inquiens.  
 Peccavi in celum, Domini: me auctore Magister  
 Ad mortem immeritus rapitur: scelus horreo, cri-  
 men  
 Execror, atq; vitinam possem fecisse negare.  
 Accipite hic vestros asses, pretiumq; cruoris;  
 Ibo ego, & infamifacinus ratione piabo,  
 Criminis ipse mei vindex, & sanguinis ultor.  
 Dixit, & infaustum meditatus in arbore funus,  
 Elsit laqueo guttur, stygiasq; sub umbras  
 Misit damnatos, laxata per ilia, manes.



**SUSPENDIVM A C MORS I E S V**  
**CHRISTI VNICI HVMANÆ SALVTIS RE-**  
**stauratoris: prodigiosa Diuinitatis signa ac testimo-**  
**nia secuta, Matth. 27. Marc. 15. Lucæ 23.**  
**Ioan. 18.**

**O**ST QVAM extorta fuit mortis sententia ab  
 agro.  
**P**raside, purpuream auellens de corpore  
 uestem  
 Concretam laceræ, per hiantia vulnera, carni,  
 Maiorem inflxit, rimas laxando, dolorem,  
 Acrius insurgens miles, consuetaq; cinxit  
 Maternis operata acubus velamina, nunquam  
 Sartoris tentata manu: crudq; trabalem  
 Imposuit dorso truncum; sed pondere victo,  
 Partita Simon conniti mole coactus,  
 Extremumq; humeris comitans aquare laborem.  
 Cyrenaus erat, Pelopæa ab origine, Simon;  
 Quem non vana illuc, patria de sede, trahebat  
 Cura, nec infando sparsus de funeris rumor:  
 Infermentatis celebranda sed annua libis  
 Paschata, Niliaca metam ponentia sorti.  
 Voluitur ingenti per compita turbine vulgus,

Confi-

Conspicitq; vias: longis pinnacula feruent  
 Heroum cuneis, Divoq; intentus eunti,  
 Despicit excelsa, multus spectator, ab arce.

Iamq; relictæ retrò ex oculis Solymæia sedes  
 Labitur, & propior funestis osib; albens  
 Luridus appetet vertex, informaq; arua:  
 Cum ad matres conuersus ait, turbamq; sequen-  
 tem,

Tristia qua tacito planxit spectacula luctu:  
 Ne Solyme, ne flete nurus; grauiora Nepotes  
 Fata prement: lugete magis molimina belli  
 Euersura domos patrias, proauitaq; sceptræ  
 Hesperio innectura orbi. Tunc sapere reperta  
 Fœmina fœundi damnabit viscera partus,  
 Extolleteq; alium sterilem, nec morsa labellis  
 Vbera lactea sobolis, fotaq; carentes  
 Proles sinus: tunc præruptos in damna ciebunt  
 Saxorum trepida cumulos, rupesq; minantes.  
 Incepsum sic fatus iter super obvia sumpsit  
 Golgotha, & ex humeris rejecto pondere ligni  
 Concidit in faciem exhaustis iam viribus, ille  
 Qui vires homini, qui vim, nervosq; ministrat.  
 Arida fauax gelidum optabat sitibunda liquorem,  
 Dum nimium sicco pulmone effueret ardor

Gutturis, atq; putrem glutiret lingua saliuam.  
 Pocula mordaci prebebant illita felle,  
 Et cum felle, acido corrupta falerna sapore:  
 Inde propinatos gustans ubi despuit haustus,  
 Nudo in transuersum projectus corpore truncum  
 Crates distendit laterum, clauoq; tenaci  
 Saucia membra fodit patiens tulit, ut per apertos  
 Ferrea massa pedes, fortis traiecta lacerto,  
 Perq; manus venis transiret hiantibus ambas.

Improbis ingenti distractis brachia nisu  
 Äquauitq; trabi lictor: signata terebris,  
 Donec ad ora manus, neruis crepitantibus, acta  
 Duros senserunt, clavis iugentibus, ictus.

Plectebant simili iuxta suspendia sorte  
 Cadibus intentos iuuenes, dum sapè laterent  
 Ignoris nemorum secessibus abditi, ubi anceps  
 Forte viatorem duxit per deuia trames;  
 Occultis presum invidijs contiq; ferentem  
 Robora prualidi, & duros cum fustibus enses.

Postquam funerea trabes fixus, in aëra sursum  
 Erectus stetit, albenti velatus amictu  
 Lumborum tenus, & nino circum inguina peplo,  
 Rerum opifex ignoscit Pater peccantibus inquit,  
 Fulmineos ne intende arcus, ne ignita per auras

Tela

Tela quate, iniectis perdens hostilia flammis  
 Agmina ida veniam ignaris, culpamq; remitte.  
 Hic iterum infrenuit stolidi vesania vulgi.  
 Spicula linguarum intorquens: vah destrue, si vis,  
 Et triduo repar a nullo vastata labore  
 Templis Dei, confringe aras, te la ardua rumpe:  
 En cœlesti genus, si aeterno è semine ductus  
 Humanam supra sortem cognata recenses.  
 Numina, conatu fac eludamur inani:  
 Vincula rumpe manus, liber descende deorsum,  
 Aduoca in auxilium cœlos, ipsumq; Tonantem.  
 Per te parta salus alijs: cur languida virtus  
 Robur consuetum posuit? nec pharmaca prosunt,  
 Ipsa inuentori Medico sua? siccine solus  
 Magnorum Abrahavidum duxor gentisq; Mo-  
 narcha  
 Isacida, elusus patitur? sic crimine inulto  
 Abiicit imperij fasces? sceptrumq; relinquit?

Non alia in Diuum proiecit scommata latro,  
 Sacrilego meritas pendens pro criminis pœnas:  
 Si Deus es, saluemur ait, cœloq; fruamur  
 Libero: ubi humanos transgressa potentia fines?  
 Blasphemum, contrà, sed mox compescuit alter:  
 Non plus facta animum stimulant scelerata no-  
 centem

Bb 3

Per-

Perdite? nec curas, quisquis post fata superfit?  
Ultor adhuc? vanisq; audes incessere Diuum?  
Vocibus? hic pœnitantis qui plectitur una  
Nil meritus? quem regna utinam in paterna me-  
antem.

Prosequar, atq; alio comitatus perfruar orbe.  
Talia cui in medio fixus Nazarius infit,  
Ne dubita, tibi fors melior super astra manebit:  
Elysios tecum campos, Patrumq; videbis  
Arua hodie, & caelos calcabis, & aurea dignus  
Sydera, quod meritum fidei constantia donat.

At trepidâ, & subito constâ in funere Matrè  
Ut vidit, iuuenemq; unâ, cruce fatus ab alta,  
Commendat matri iuuenem, iuueniq; parentem.  
Matris ut illa vices, proliq; hic impletat, orans.  
Interea iacit signatis tessera punctis;  
Sparsum erat in medio textum inconsutile: multus  
Circum inclinabat curvato poplite luctor,  
Quilibet intentus numeris, sortiq; futura.

Tandem etiam indignata dedit natura doloris  
Signa sui, & Domini planxerunt sydera mortem.  
Flammis uomos Phœbi currus auriga retraxit,  
Inuoluit q; diem tenebris: tunc lumina cœlo  
Attollens, subitam noctem miratus & umbras.

Vnde

Vnde repentina bacribes? Chaldaeus inquit,  
Cur noctem mentita dies? cur non habet astra  
Nox tamen, & fusca obtorpet caligine cœlum?  
Aurea digrediens solari à corpore, longè  
Cynthia deflexit, nec præripit inuida lucem,  
Opposita obiectu molis: ut squaler imago  
Phœbetia? aut mundo portendis fata ruenti,  
Aut debellato turbantur Niomina cœlo,  
Diraq; Terrigena restaurant pralia fratres:  
Quicquid id est, nihil hic natura operatur, & quis  
Labentis series, rerum pervertitur ordo,  
Talia dum trepidâ secum ratione volutat,  
Consternata suo redierunt lumina mundo,  
Clarus & illustri spectatus in aethere, ut antè,  
Delius, auricomò dispersit nubila dulci.  
Continuo exclamans cur me Pater optime, cur sic  
Deseris? elapsa divina mente, reliquit  
Artus in truncò ex animis, multumq; cadauer.  
Iam iam membra calor vitalis fessa reliquit,  
Cum noua Longinus meditatus vulnera, plagam  
Ingentem infixit lateri, telumq; per imas  
Pectoris intorsit latebras, crux unde patent  
Diffusus rima & largus manauerat humor.  
Quassa dedit sonum tellus, putridisq; sub auras  
Fata

Fœta cadaveribus laxando viscera, plures  
 Eiecit viuos iterum, qui millia mersi  
 Sacula terrarum in fundo, nec lucida Phœbi  
 Sydera, nec claros viderunt aetheris ignes.  
 Tracta dissidunt rupes, longisq; fatiscunt,  
 Saxeæ fissuris latera: & dejecta deorsum  
 Vela cadunt, vanoq; patent penetralia vulgo.  
 Atq; alia attonita portenta videntur in urbe.  
 Vnde ingens timidis venit pauor, atraq; moestos  
 Impleuit formido animos, steteruntq; cohortes,  
 Vanis damnantes crudelia facta querelis:  
 Quò mentem heu miseris, quò cœca insaniam mentem  
 Abstulit? ô cælum, ô terra! ille erat ille, fatendum  
 est  
 Humana maior stirpe, & nisi laua fuissent;  
 Corda adeò, è vultu poterat factisq; habituq;  
 Diuina agnoscis oboles: hac ora ferebat,  
 Hos oculos, has ille manus, his vocibus usus,  
 Hoc operatus erat: Quis signa & grandia nescit  
 Facta viri? facili qua præstítit ardua nisu?  
 Illius hic etiam Deitas testata, secutis  
 Clarescit vatum indicijs, damnatq; nefandos  
 Ausus Isacidum, sol indignatus & aether,  
 Et terra, & viuis reparata cadavera formis.

Sepula

SEPVLTVRA HONORIFICA DO-  
 MINO INSTITVTVR MATTH. XXVII.  
 Marc. 15. Lucæ. 23. Ioann. 19.

 AMQVE Hyperionio succedit Phosphorus  
 igni:  
 Corpora adhuc tumulo stabant inhumata  
 sub alto  
 Stipitibus suffixa suis, vacuumq; relictum,  
 Spectatore iugum mansit: funesta sedebant,  
 Sola ad ligna nurus, meditantes ultima tumba  
 Defuncto monumenta noua, Myrrhamq; Aloëngq;  
 Balsameumq; unguen, Cedrosq; & odora Sabeum,  
 Munera: sed tantis vanus pauor obstitit ausis,  
 Donec Iosephus veniens Arymathide ab ora  
 Egregijs prestans animis, maturus & auro,  
 Ipse comes quondam Domini quocunq; vocabat,  
 Romulidem accepit, placida sic voce precatus:  
 Cùm te fama canat, vacuas à cæde Magistri  
 Abstinuisse manus, nec adhuc tot millibus unum  
 Conspirasse viris, castis quin sapè furori  
 Fueris aduersus monitis, sauamq; benigno  
 Compescens rabiem hortatu, consenseris ager:


Cc

Spero,

Spero, dabisq; unum hoc saltem solamen acerba  
 Dum licet, Ausonides, sortis mibi, ut ethere cassum  
 Componam terræ corpus, mandemq; sepulchris,  
 Quæ quondam ipse mibi, veteris sub fornice saxi,  
 Ponimore patrum volui. Cui pauca Pilatus:  
 Non indigna petis, Ioseph: quam tradere viuum  
 Iam mallem Fortuna daret; sacra sydera testor,  
 Ne me omnes tentasse vias, ut liber abiret,  
 Exciperemq; neci insontem: Ego mibi candida cordi  
 est  
 Religio ego pietas: sed nil profecimus, ite  
 It modò, exequias patrio decernite ritu,  
 Muneribusq; pijs tumbam decorate supremis.  
 Dixit, at egressus Solymis è manibus alter  
 Funestos scandit colles, atq; arua cruento  
 Perlita; nondum anima spirans calor ossa reliquit  
 Latronum, optabantq; mori ego finire dolores.  
 Sed ne forte sacrum indefuncta cadavera festum  
 Polluerent, missus venit de more satelles,  
 Cruda refixurus, longo de stipe, membra  
 Conderet ut facta illo ipso sub vertice fossa:  
 Costas rimatur ferro, ego transuerberat artus  
 Abiete, deciduo stillantes vndiq; tabo,  
 Ut lethum properet: truncisq; refigit ego una

Clau-

Claudit humo. At subitos obitus properatoq; fata  
 Miratus Medij, abstinuit, nec sauit ultra  
 Exanime in corpus, collapsaq; membra Minister.  
 Ergo Arymathia descendens aduena ab urbe,  
 Admotis scala gradibus, fastigia summa  
 Occupat erecta trabis, atq; ex arbore corpus  
 Ferrea clauorum remouendo tenacula, fortis  
 Detrahit adnixus molimine, fortius ipso  
 Conatu gliscit dolor, atq; accenditur ira.  
 Ipsa parens iuxta, moesto tristissima vultu,  
 Sparsa sinus, madefacta genas, effusa capillos,  
 Depositum inuoluit gremio, molliq; cruentas  
 Sindone detergit lachrymas, riuumq; fluentem,  
 Sanguinis, è fundo lateris, supremaq; figit  
 Oscula: dant aliae lymphas tepidumq; liquorem,  
 Vulneraq; impresso lino linentia siccant:  
 Tandem marmoreo deponunt flebile busto,  
 Ingentemq; suprà aduoluunt monumenta molarem.



**CVSTODIA SEPVLCHRI. MATT.  
XXVII. ET CHRISTI RESVRGENTIS**  
Victoria. Matth. 28. Luc. 24. Ioan. 20.

**T**Solymos nōdum penitus formido reliquit,  
Dum versant animis secum, tacitisq; re-  
cursant,

MCentibus, effracturum olim ut se dixerit idem  
Posse flos triduo tumulos, viuumq; sub auras  
Emereturum iterum, nullo remorante sepulchri  
Obice: ne ablatus, nocturnis furibus, ergo  
In vitam rediisse, leui rumore feratur,  
Aut notet insignis Solymos infamia ciues,  
Mandant armato compleri milite bustum  
Ocyus, et vigili noctu custode teneri.

Interea, stygia emolitus Tartara victor,  
Inde choros primo mundi nascentis abortu,  
Qui rectum, dum vita fuit, iustumq; colebant  
Posteriore auro, cœli super ardua secum  
Ereptos tenebris, traxit misitq; sub astra  
Diuorum applausu publico, publicaq; ruina  
Vastata umbrarum sedis, claustroq; profundi  
Carceris everso, nulla vi. Clara sereno  
Sydera fulgebant cœlo, et nox humida terris

Raras

Raras inuexit nebulas; monumenta regressa  
Seruabant matres demum, et custodia somno  
Pressa iacebat humi, curasq; oblitus inermis  
Stertebat miles circiū, quando actus aperto  
Nuncius Empyreo, rasit per inania gressum,  
Descenditq; celer: vasta commota fragore  
Increpauerunt iuga, impulsaq; crepidine montis,  
Marmoreus nutauit apex, saxumq; repulsum  
Disiluit super incumbens. Pueru aurea fulsis  
Syderis in morem facies, stelleq; micantis:  
Candidior niue vestis erat: qui ubi territa vidit  
Corda repentina matrum formidine, dixit,  
Ne trepidate, recessit abbinc, quem quaritis, ite  
Exuuias illic membrisq; videte carentem  
Marmoream impositis tumbam, modò namq; re-  
uixit  
Liberum et athereo plenum speramine corpus:  
Iam patrios calcat fines, graditurq; per arua  
Angusto vicina freto: redeuntibus ibit  
Obuius, et vestras comitabitur usq; per urbes,  
Dixit, et expansis humeris super ardua Præpes  
Conuit iter, signumq; dedit quassatus Olympus.  
Illa abiēre retrò, monitis cœlestibus acta:  
Latitia et mixto pariter mens mota pauore,

Cc 3

Visa

Visa diu secum versat miracula, & ainceps  
 Nutat adhuc, nec dum certis assensibus haret.  
 Admittitq; fidem, donec compellat euntes  
 Obuius ipse Heros, palpandoq; admonet artus  
 Corporea accretos mole, attactusq; capaces.  
 Ne uero suos lateat domita Victoria mortis,  
 Fæmineam iubet ire manum, lati q; referre  
 Nuncia rumoris socijs. Iam fama triumphi  
 Ibat per Solymas, sed adhuc obscurior, urbes.  
 Militis euentu profugi, qui terga volanti  
 Versa dedit puero, indefensa sepulchra relinquentes.  
 Precipitiq; gradu ad Cayphae palatia raptus,  
 Et facti pandens seriem, partosq; triumphos  
 Victoris Christi referens, ut mobile pennis  
 Per medias auras, mediumq; per aera, spectrum  
 Descendens, Phæben longè superarit & astra,  
 Imploritq; locum, radiis fulgentibus omnem,  
 Carmore ex adlapsum specuit, ut se denique sur-  
 sum  
 Librans, flamarum ingentem usque ad sydera  
 nubem  
 Traxerit, exutum spolijs iam stare sepulchrum,  
 Dedecus aeternum Isacidis: sic ille: sed alto  
 Cum gemitu Cayphas quatiens caput, ito, vocato  
 buc

Pontifi-

Pontificem, magno res expedienda labore est,  
 Naturandum, inquit, nefors peiora sequantur  
 Ultima principijs. Peragit mandata satelles  
 Ocyus, accersitq; virum, quem utrinq; salute  
 Optata, Cayphas sic est affarier orsus:  
 Infausti rumoris adest hic præco: reuixit  
 Impius, & vacuis rapto stat marmoris agger  
 Corpore: vultu iacent obstacula grandia circum:  
 Conandum ne fama auctor miracula latè  
 Dissolget, celanda fides, redimendaq; nummo  
 est.  
 Consilium laudat senior, nec sumptibus ullis  
 Parcendum monet, in fures modo transferat, are  
 Corruptus factum miles, vulgoq; rapinam  
 Suadeat exhausti tumuli: fugitua citatur  
 Turba simul; procerumq; audit consulta duorum:  
 Si tacito rerum seriem premat ore, petitas  
 Argenti drachmas sua munera cuiq; futura  
 Certa debinc: Domini ne quem censura Quiritis  
 Terreat, aut Latio ultrices sub iudice poena:  
 Securos fore, nil metuant, atq; agmina furti  
 Insimulent Galilea palam, raptumq; cadauer  
 Obscura sub nocte illinc, qua angusta patet  
 Præcipiti de rupe via ad monumenta retrorsum.

Pacta

Pacta ineunt, numerata aufert sua quisque  
silentij  
Pramia, & oblatō pretio in mendacia iurat.

DISCIPVLIS IN GALILÆA APPA-  
RET SALVATOR: EVANGELII CVRAM  
commendat: Baptisma in nomine induitæ Tri-  
adis absoluendum præcipit. Matthæi  
vltimo.

**A**M Q V E triumphantem latis victoria  
signis  
**C**arta, per Hebreas vexit memorabilis ur-  
bes,  
Prauertitq; dolos rumor, fraudemq; retexit  
Periuri vigilis: sapè ipse apparuit Heros,  
Occurritq; suis, notis sermonibus usus.  
Thaboris excelsam comitum chorus omnis in  
arcem  
Prepetis hortatu pueri conſendit, ubi olim  
Humana maior specie, vestitus amictu  
Sydereo, exhibuit fortis phantasma futura,  
Nondum exutus adhuc membris mortalibus: idem  
Præditus atheræa facie, liberq; caducis  
Nexi-

Nexibus, hic se iterum spectandum orantibus of-  
ferr,

Assimilatq; Deo, trepidisq; ita farier inſit:  
Imperio ſubiecta mihi tellusq; fretumq;  
Aſtrorumq; orbes, cœlos & ſydera frano:  
Vrbibus ac populis dominor, Regumq; ſuperbiſ  
Faciſbus: ite ergò Diuīm myſteria in omnes  
Fundite mortales, mundoq; aperite reclusos  
Per me theſauros ſuperūm: Baptiſmate gentes  
Haetenus inſueto imbuīte, vnitumq; triformis  
Acclamate Dei numen, Natiq; Patrisq;  
Et qui ab utroq; ſacer procedit Spiritus, vndis  
Lustratos ſuper, vt noſtriſ ſe accommodet orbis  
Legibus, ac ſtabili præcepta ſequatur amore.  
Nulla dies veftri immemorem (vſq; incendia mun-  
dum

Publica deuauent) longo meme eximet euo:  
Conatus firmabo operum, aſſtamq; labore,  
In cineres donec conſumpta hac machina ſidat,  
Et pereant mundana ſimul molima flammis.

Dixit, & albenti veftituſ nube receſſit  
Ex oculis raptus ſurſum per inania vītor.

E P I L O G V S.

E P I L O G V S.

AT votis factum ô Superi: decursa la-  
boris  
Semita: in optato consistit littore puppis:  
Vela diu flatu Zephyri intumuere secundo,  
Prouexitq; ratem ventileuis aura ferentis:  
Iam tranquilla sedet portu, grandiq; rudente  
Fixa baret: vestro auspicio superauimus iras,  
Et tumidi rabiem Ponti, scopulosq; minaces  
Cælicola, immensum tuti sulcauimus aquor.  
Fortunam extollant aliij: fauor atheris alti  
Nec ferat, instabiles sortis contemnimus auras,  
Nec blandis oculis, nec amico fidimus ori:  
Frange minas insana modo haud mibi sana nocebis.  
Nilq; benigna dabis: manus quo protegor, aurea  
Sydera habent: sat opum è celso mihi defuit axe.  
Quas præter desidero nil. Quid catena prosunt?  
Divitiae, decus, imperia? bac breuis atterit om-  
nia  
Denastatq; dies. Ergò cœlestia solim,  
Ulteriusq; nihil placeat: cui nummus auaros

Imprimis

198  
Imprimis affectus: quem rerum opulentia pungit  
Regnandique amor, atque superbi calcar ho-  
noris,

199  
Voluitur in medio, dubius ceu nauita Ponto,  
Pulsaturq; vagis hinc atq; hinc naufragus undis,  
Et portu nunquam fruitur, lassusue quiescit.  
Qui cœlo aspirant, cœlis post fata fruuntur,  
Dijs similes. Hic votorum mibi terminus esto.



Dd 2 HEXA.



## HEXAMETRVM

**AD DOCTISSIMVM,**  
PRÆSTANTISSIMVM QVÆ  
VIRVM DOMINVM MAGISTRVM GEOR-  
GIVM NICOLASIVM Ludicestorem Mvndreichin-  
GENSIVM, historiam Saluatoris nostri Iesu CHRI-  
STI, heroicis numeris explicantem.

V T O R E  
M. GEORGIO GUDTSCHALCK  
V BERLINGENSI.

**D**EVRA debentur tibi vera encomia  
laudis,  
Macte NICOLASI, splendens virtu-  
tis honore:  
Qui rerum causas, & quæ sint propria nōsti,  
Quiq; niues, & qui nubes, tonitruq; geluq;  
Ingenio assequeris, nec non quis grandinis ortus.  
Illiūs est tibi cognitio, si terra dehiscat;  
Aut quoq; si forsitan quatatur turbine sauo.

Nec

Nec satis: ingentem, subtilis acumine, molem  
Contemplans aquo tractas examine mentis,  
Quam sua continuo gyrat per climata motu  
Aligerūm cœtus: cœlestes dicimus orbes.

At nec sydereus quantum modò quilibet orbis  
Temporis insurnat, donec pertranseat omnem,  
Quem tenet, occursum; sed septem sydera de se  
Quas dent virtutes, pulchra ratione probares.  
Isthe magna quidem, nostras qua singula mentes  
Latitia multa afficiunt, animosq; relaxant:  
At maiora etiam, qua non præsentia tantum  
Decernunt, ventura iubent, qua cœlica regna  
Promittunt, facileq; via bona gaudia pendunt;  
Per tractas animo, vigiliq; indagine versas.

Haud enim, credo, quisquam aduersarius obstans  
Praferet aeternis præsentia gaudia seclis.  
Hanc tu doctrinam plenis amplecteris vlnis,  
Qua nobis aperit cœlos, & ciuibus aquat  
Æthereis, iungitq; Deo post funera iustos.

Quis non ingenij vehemens miretur acumen?  
Qui Christi mores faciliter depingere versu,  
Historiamq; Dei q; hominisq; retexere tentas?  
Ebeu quam labor est, quem vix diuinus Apollo  
Perferat, aut alius simili stemmate natus;

Dd 3

Hunc

Hunc omni prorsus posita formidine vincis.  
 Nam diuinorum conuertere scripta virorum  
 Carminibus, si non contrarius irruat error,  
 Quis neget, hoc ingens onus & laudabile factum?  
 Et sic exuperas factis plerosq; Poëtas  
 Quorum pars vanis Diuorum est dedita tediis;  
 Altera pars verbis chartas scurrilibus implet.  
 Taliæ nostra ferunt heu heu iam sacula monstra.  
 Verum felicem te & undreicbingia tellus  
 Prædico, quæ reuocas amissas ocyus alas,  
 Et tua doctrinis floret donata iuuentus.  
 Omnigenis, nec sacra iacent, nec cinica torpent.  
 Ergo agè docte virum felicia cœpta resume,  
 Atq; alios animo meditatos exere fructus;  
 Quæis tibi non vanas, sed commercabere laudes  
 Perpetuas, pulchrisq; olim ditabere donis.

## Laus D E O Virginique M A R I A E.

Cum Facultate &amp; Licensia Superiorum.

